

HOMILIA IN ILLUD «EXIIT EDICTUM»¹
ET IN DESCRIPTIONEM DEIPARAE²

- PG 50, 797 «Ποιμανεῖς τοίνυν αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ». "Ορα συμφωνίαν τῆς προφη- 2027
τείας· εἶδε μέντοι, ὅτι ὁ λίθος ἐτμήθη ἐξ ὅρους ἄνευ χειρῶν. Πῶς ἐτμήθη;
Οὐ σιδήρῳ, ἀλλ' ἄνευ χειρῶν· αὐτομάτως γὰρ τίκτει ἡ Παρθένος· ὁ δὲ λίθος
ἐπάταξε τὴν εἰκόνα, καὶ ἐγένετο εἰς ὅρος μέγα καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν
οἰκουμένην. Εἰς λίθος πληροῦ πᾶσαν τὴν γῆν· «'Εκεῖνος μὲν ὁ λίθος ἐτμήθη
ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐγένετο εἰς ὅρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην».
- PG 50, 799 3. [...] Ταῦτα τὰ ῥήματα τοῦ προφήτου, ταῦτα τὰ πράγματα τοῦ Εὐαγ- 2028
γελίου. «Αὕτη πρώτη ἀπογραφὴ· ἀνέβη δέ, φησί, καὶ 'Ιωσήφ ἀπὸ τῆς Γαλι-
λαίας ἐκ πόλεως Ναζαρετ εἰς τὴν 'Ιουδαίαν εἰς πόλιν Δαυὶδ, ἣτις καλεῖται
Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ, ὥστε ἀπογράφε-
σθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένη αὐτῷ γυναικί, οὔσῃ ἐγκύβ». 'Επὶ γὰρ
μόνοις τοῖς μνήστροις ἡ σύλληψις ἐγένετο. «'Εν δὲ τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ,
ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτό-
τοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ
ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι». Οὐδὲν εὐτελέστερον τούτου τοῦ πράγμα-

- PG 50, 797 1. [...] *Reges itaque illos in virga ferrea.*³ Vide concentum et 2027
concordiam prophetiae: vidit quippe quomodo sine manibus lapis
de monte sit abscissus. Quo pacto abscissus est? Non ferro, sed sine
manibus; sponte enim et absque aliena ope Virgo parit: lapis au-
tem percussit imaginem, et factus est in montem magnum, et im-
plevit universum orbem terrarum. Unus lapis terram implet om-
nem: *Ille quidem lapis obscissus est sine manibus, et factus est in
montem magnum, et implevit universum orbem terrarum.*⁴
- PG 50, 799 3. [...] Haec sunt verba prophetae, haec Evangelii sunt facta: 2028
*Haec descriptio prima. Ascendit autem et Ioseph, inquit, a Galilaea ex ci-
vitate Nazareth in Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem,
eo quod esset de domo et familia David: ut describeretur illic cum Maria
desponsata sibi uxore praegnanter.*⁵ Nam in solis sponsalibus conceptio
evenit. *Factum est autem cum essent ibi, et impleti sunt dies, ut pareret,
et peperit filium suum primogenitum, et pannis involvit, et posuit eum
in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio.*⁶ Nihil hac re vilius,

¹ Lc. II, 1.

² Viri docti attribuunt Homiliam hanc Severiano Ep. Gabalen. vel Theodoro Cyrensi (cf. RPhTh, 542).

³ Ps. II, 9.

⁴ Dan. II, 34, 35.

⁵ Lc. II, 2, 4, 5.

⁶ Lc. II, 6, 7.

τος, οὐδὲν πτωχότερον τῆς Ἰησοῦ γενέσεως. Ἰησοῦς ἐπτόχευε δι' ἡμᾶς, πλούσιος ὢν· ἔθηκεν ἐν φάτνῃ Μαριάμ τὸν Σωτῆρα· οὐδὲν ἦν ὑποκείμενον, οὐδὲν ἐπικείμενον· οὐδὲ γὰρ χρεῖαν εἶχεν ὁ Σωτὴρ τῆς τοιαύτης θεραπείας, οὐδὲ ἐπιμελείας τῆς ἔξωθεν ἐπεδέετο, * ὥσπερ οὐδὲ νόμῳ φύσεως συλλαμ- *800
βάνεται.

- 2029 [...] Οἱ μὲν οὖν ποιμένες, εὐαγγελισθέντες καὶ ἀκούσαντες τὸν λόγον, PG 50, 800
εἶδον τὰ πράγματα· ἦλθον εἰς τὸ σπήλαιον· οὐκ εἶδον στρωμνὴν, οὐκ εἶδον κλινὴν, οὐκ εἶδον τραπέζης παρασκευὴν, ἀλλὰ καθημένην Μαριάμ καὶ Ἰω-
σήφ, καὶ τὸν παῖδα ἀνακεκλιμένον. Οὐ λέγει τοῖνυν ὁ εὐαγγελιστὴς πρῶτον
πατέρα, ἀλλὰ λέγει πρῶτον Μαριάμ· ἐκεῖνη γὰρ μήτηρ ἀληθῶς· μᾶλλον δὲ
οὐδὲ αὐτὴ μήτηρ, ἐπειδὴ οὐδὲ ἔτεκε φυσικῶς, ἀλλὰ συνέλαβεν ὑπερφυσικῶς.
Οὐ γὰρ ᾔδει τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐργαλεῖον ἦν τοῦ τεχνίτου. Εἶδον μέντοι τὴν
Μαριάμ καὶ τὸν Ἰωσήφ καὶ τὸν παῖδα ἀκούσαντες τὸν λόγον, εἶδον τὰ πράγ-
ματα, ἐθαύμασαν, ἀνεσώθησαν. Ἐκεῖτο μέντοι τὸ παιδίον ἀνεχόμενον τῆς
τέως ἀτελοῦς κατασκευῆς τοῦ σώματος, καὶ φέρον τὴν αὔξησιν τούτου· καὶ
ὥσπερ τεχνίτης ἐξεδέχετο καὶ κατεσκεύαζε τὸ ἐργαλεῖον, ὥστε ὡς περ ὁ κι-
θαρωδὸς χρήσεται τῇ κιθάρᾳ, καὶ ὥσπερ ὁ τοξότης χρήσεται τῷ τόξῳ καὶ
τῷ βέλει εἰς δέον· οὕτω καὶ Ἰησοῦς, κοινωνῶν τοῖς πᾶσι, κατ' ὀλίγον αὐ-
ξάνεται. Διὰ τί οὖν μὴ ἀθρόως; διὰ τί μὴ τέλειος ἅμα παρεγένετο; *Ἦλθε

nihil Christi nativitate pauperius. Iesus mendicum agebat propter nos, qui dives erat; in praeseptio Maria posuit Salvatorem; nihil erat quod substerneretur, nihil quo tegeretur: nam neque obsequio huiusmodi cultuve indigebat, neque saeculari isto apparatu illi opus fuit: quemadmodum neque ex * naturae legibus est conceptus. *800

- 2029 [...] Pastores itaque felici nuntio accepto, et hoc audito sermone, PG 50, 800
rem ipsam viderunt, in speluncam venerunt: non stratum viderunt, non lectum viderunt, non mensam apparatus viderunt, sed Mariam sedentem et Ioseph, et puerum reclinatum. Non commemorat primo loco patrem evangelista, sed Mariam primum commemorat: illa quippe vere est mater: imo vero nec ipsa mater, quandoquidem non naturaliter peperit, sed supernaturaliter concepit. Non enim sciebat, quid fieret, sed artificis instrumentum erat. Viderunt igitur Mariam et Ioseph et puerum: auditis verbis res ipsas viderunt; mirati sunt, salutem nacti sunt. Iacebat ergo puerulus illo interim vili corporis cultu contentus, eiusdemque incrementum exspectans: et quemadmodum artifex quidam exspectabat, atque officinam construebat, ut tamquam citharoedus quidam cithara uteretur, et ut sagittarius ad id, quod opus fuisset, telo et sagitta uteretur: ita et Iesus communicans omnibus paulatim augetur. Cur non igitur confertim? Cur non adulta simul aetate perfectusque vir advenit? Venit ut naturam nostram

μιμήσασθαι τὴν φύσιν ἡμῶν, ἵνα ἀγιάσῃ τὸ φύραμα διὰ τῆς ἀπαρχῆς. Εἰ μέντοι τέλειος ἐπεδήμησε καθ' ἡλικίαν, ἔμελλον οἱ αἵρετικοὶ φάσκειν· Οὐκ ἔτεκεν αὐτὸν παρθένος, οὐκ ἔλαβεν ἐκ τοῦ ἡμετέρου γένους τὸ φύραμα. Ἐτέχθη τοίνυν ἐκ παρθένου, ἐκ τοῦ κοινοῦ φυράματος λαβὼν, ἵνα ἀγιάσῃ τὸν Ἀδὰμ τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα· καὶ διὰ τοῦτο κατ' ὀλίγον αὐξάνεται, καὶ ἀνθρώποις συναναστρέφεται μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ Κύριος ὢν τῆς φύσεως, ἀναμαρτήτως ἐπολιτεύσατο.

DE OCCURSU D. N. IESU CHRISTI DEQUE DEIPARA ET SIMEONE ORATIO ¹

PG
50, 809

[...] «Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου· πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται». Ὁ λόγος οὖν οὗτος καὶ ὁ νόμος ὅλος καὶ ἡ αἰτία τοῦ νόμου διὰ τὸν μέλλοντα διανοίγειν μήτραν ἐτίθετο. Ὅλα γὰρ τὰ πρωτότοκα τῶν ζώων καὶ τῶν ἀνθρώπων οὐδέποτε διήνοιζαν μήτραν, ἀλλ' ἦν πρωτότοκα μόνον· ὃν δὲ Παρθένος ἐγέννησεν, αὐτὸς μόνος διήνοιξε μήτραν. Ὅρα μοι τοίνυν ὅλου τοῦ νόμου τὴν διατύπωσιν διὰ τὸν μέλλοντα μόνον ἐκ παρθένου γεννᾶσθαι.

2030

PG
50, 810

[...] «Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριάμ τὴν μητέρα

2031

imitaretur, ut massam per delibationem sanctificaret. Enimvero si iam adultus aetate venisset, et vir perfectus, in mundum, dicturi fuissent haeretici virginem eum minime peperisse, neque ex genere nostro massam accepisse. Natus est ergo ex virgine, cum ex communi massa accepisset, ut Adamum creaturam et figmentum suum sanctificaret, ideoque paulatim crescit: cum hominibus quidem conversatur ut homo, sed cum sit naturae Dominus, sine peccato vitam traducit.

PG
50, 809

[...] *Sicut scriptum est in lege Domini: Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.*² Hic igitur sermo, et haec sanctio tota eiusque ratio ferebatur propter eum qui vulvam erat aperturus. Numquam enim ulli fetus animalium hominumve primogeniti vulvam aperuerunt, sed sunt tantum primogenita: quem autem Virgo peperit, is solus vulvam aperuit. Considera ergo, quaeso, totius legis constitutionem, quae ad eum referebatur, qui solus ex Virgine nasciturus erat.

2030

PG
50, 810

[...] *Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem eius,*

2031

¹ A viris doctis oratio haec attribuitur Severiano Ep. Gabalen., Chrysostomo, Proclo, Gregorio Thaumaturgo, Gregorio Ep. Neocaesareae vel Amphilochio Iconiensi (cf. RPhTh, 542).

² Lc. II, 23.

αὐτοῦ· Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον». Τίνων εἰς πτώσιν; Δηλονότι τῶν ἀπιστούντων, τῶν ἀντιλεγόντων, τῶν σταυρούντων. Τίνων εἰς ἀνάστασιν; Τῶν ἐπιγινώσκοντων καὶ εὐγνωμόνως ὁμολογούντων. «Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον». Ποῖον σημεῖον ἀντιλεγόμενον; Τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, ὃ οἶδεν ἡ Ἐκκλησία σωτήριον τοῦ κόσμου, ὃ ἐχθραίνουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅπερ πολλάκις καὶ ὁ οὐρανὸς ἐκήρυξεν. Ἀντιλέγεται δὲ τὸ σημεῖον, ἵνα νικήσῃ ἡ ἀλήθεια· ἄνευ γὰρ ἀντιλογίας ὁλόκληρος οὐ γίνεται νίκη. Ἐδει τοίνυν τὴν ἀντιλογίαν εἰσαχθῆναι, ἵνα ὁ δικαστὴς μακροθυμία τὴν ψῆφον δι' ὅλου τοῦ αἰῶνος προσενέγκῃ. Διό φησι· «Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον»· ἀντιλέγουσι δὲ οἱ ἀπιστοῦντες. Καὶ σὺ δέ, φησί, δοκεῖς εἶναι μήτηρ· ἄρα οὖν σὺ ἀπείραστος γενήσῃ, ἐπειδὴ ὠμολόγησας εἶναι μήτηρ, ἐπειδὴ ἔτεκες αὐτόν, ἐπειδὴ ἔδοξας αὐτῷ κυχρᾶν σου τὴν μήτραν; ἐγένετο γὰρ σου ἡ κοιλία ἄγγος τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος. Ἄρα οὖν ἀπείραστος γενήσῃ, *ἐπειδὴ γεγονόςας Θεοτόκος, *811 ἐπειδὴ ἀπειρόγαμος οὕσα συνέλαβες, ἐπειδὴ κατεσκευάσθης μήτηρ τοῦ σοῦ δημιουργοῦ; ἄρα σὺ ἀπείραστος γενήσῃ; Οὐδὲ σὺ ἀπείραστος ἔσῃ, ἀλλὰ «καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία». Διὰ τί, ὦ Κύριε; τί γὰρ ἐγὼ ἡμαρτον; Ἡμαρτες μὲν οὐδέν· ὅταν δὲ ἴδῃς αὐτὸν ἐν σταυρῷ κρεμáμενον,

*Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israël, et in signum, cui contradicitur.*¹ Quorum in ruinam? Haud dubium, quin incredulorum, eorum qui contradicunt, qui crucifigunt. Quorum in resurrectionem? Eorum qui agnoscunt, et bona fide confitentur. *Et in signum, cui contradicitur.* Quodnam signum cui contradicitur? Signum crucis, quod salutem esse, mundi novit Ecclesia, cui sunt infensi Iudaei, quod caelum saepenumero divulgavit. Contradicunt signo ut veritas vincat: nam sine contradictione integra non obtinetur victoria. Itaque contradictionem oportuit introduci, ut patienter sententiam iudex per totum saeculum proferret. Propterea dicit, *Et in signum, cui contradicitur:* contradicunt autem increduli. Et tu, inquit, esse mater videris: an tu igitur tentationis expers eris, quandoquidem esse te matrem confessa es, quandoquidem illum peperisti, quandoquidem uterum tuum visa es commodasse? Vas enim et receptaculum illius Spiritus operationis venter tuus fuit. Num tu igitur tentationis expers eris? Numquid quia Deipara facta es, nullasque nuptias experta concepisti, quia conditoris tui mater effecta es, num tu tentationis expers eris? Ne tu quidem tentationis expers eris: sed *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.*² Quare vero, Domine? Quid enim ego peccavi? * Nihil peccasti: sed cum illum in cruce videris, *811

¹ Lc. II, 34.

² Lc. II, 35.

ὅταν ἴδῃς αὐτὸν πάσχοντα ὑπὲρ τοῦ κόσμου, ὅταν ἴδῃς αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἠπλωμένας ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ προσηλωμένας, τότε ἄρχῃ ἀμφιβάλλειν καὶ λέγειν· Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἄγγελός μοι διελέχθη; οὗτός ἐστιν ἐφ' οὗ γέγονε τῆς ἐμῆς συλλήψεως τὸ θαῦμα; Παρθένος ἦμην καὶ τέτοκα καὶ ἔμεινα παρθένος. Διὰ τί οὗτος σταυροῦται; «Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελύσεται ῥομφαία». Ὡστε οὐδεὶς ἀπείραστος γέγονε, κατὰ τὴν προφητείαν τοῦ δικαίου Συμεών.

IN MEMORIAM MARTYRUM HOMILIA ¹

PG
52, 828

1. [...] Εἰ γὰρ ἐλθὼν ὁ Σωτὴρ εἰς τὸν κόσμον εὗρέ σε ἄνθρωπον λογικόν, ἀναγκαίως σοι ὡς Θεὸς ἐπεφαίνετο· ἀλλ' ἐπειδὴ ἄνθρωπον μὲν οὐχ εὔρεν, ὡς πρόβατον δὲ πλανώμενον ἐξ ἀρχαίων χρόνων, καὶ παρακαλοῦντα διὰ τῶν προφητῶν τὸν Δεσπότην· «Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου»· διὸ κρύπτει τὴν βασιλικὴν ἀξίαν, καὶ προσφέρει τὴν ποιμαντικὴν κηδεμονίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπ' ἀρχῆς οἰκονομεῖ ἐν φάτνῃ τεθῆναι τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, καὶ συνάγει εἰς ἀνάγκην τὴν μητέρα, καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας ὑπηρέτην Ἰωσήφ· οὐ γὰρ εἴποιμι πατέρα ἐκεῖνον τοῦ Σωτῆρος, οὐδὲ ἄνδρα Μαρίας, ἀλλὰ κοινωνὸν καὶ μεσίτην τοῦ μυστηρίου. Μνηστὴρ γὰρ ἦν τῆς παρθένου, καὶ οὐκ ἀνὴρ, ἀλλ' ἀνὴρ μὲν τῇ προσηγορίᾳ, ὑπηρέτης δὲ τῆς οἰκονο-

2032

cum illum pro mundo videris patientem, cum expansas videris eius manus in cruce, clavisque ligno affixas, tunc dubitare incipies ac dicere: Hiccinē est ille de quo mihi narravit angelus? Hiccinē est, in quo miraculum mihi conceptionis est editum? Virgo cum essem, peperī et virgo permansi: cur hic crucifigitur? *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Itaque tentationis expers nemo fuit, iuxta Symeonis prophetiam.

PG
52, 828

1. [...] Si enim Servator, cum in mundum venit, te hominem rationabilem reperisset, ut Deus tibi necessario apparuisset: sed quia te hominem non invenit, tamquam ovem a priscis usque temporibus errantem, et per prophetas Dominum invocantem: *Erravi sicut ovis, quae perivit, quaere servum tuum.*² ideo regiam occultat dignitatem, et pastoris curam profert. Quocirca a principio statuit in praesaepio corpus suum collocari: matremque et oeconomiae ministrum Ioseph in angustias deducit: neque enim illum dixerim vel patrem Servatoris, vel Mariae virum, sed socium et mediatorem mysterii. Siquidem sponsus erat virginis, non maritus eius; sed maritus quidem

2032

¹ Attribuitur homilia haec Severiano Gabalen. Ep. (cf. RPhTh, 542).

² Ps. CXVIII, 176.

μίας. Στενοῦται οὖν οὗτος μετὰ Μαρίας ἐν Βηθλεέμ, ὥστε διὰ τὸ στενὸν τοῦ καταλύματος ἀναγκασθῆναι τὸ βρέφος ἐν φάτνῃ τεθῆναι.

IN ILLUD « DOMINUS REGNAVIT, EXSULTET TERRA » ¹

- 2033 3. [...] Οὗτος δὲ ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ αἰώνιος, ἐπιφανεῖς τοῖς ἀνθρώποις, ἀναλαμβάνει σάρκα ἐκ Πνεύματος ἁγίου κατασκευασθεῖσαν. « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου ». Πῶς οὖν Πνεύματος δημιουργήσαντος; Ἐπλασε γὰρ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ ἀγίᾳ ἐκείνῃ καὶ μεγάλῃ παρθένῳ, καὶ προῆλθε σῶμα ἔχων ἐκ παρθένου κατασκευασθὲν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θείᾳ δυνάμει ἀοράτως καὶ ἀφράστως.

PG
55, 607

IN SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI NATIVITATEM ORATIO ³

- 2034 [...] Σήμερον ὁ ὢν * τίκεται, καὶ ὁ ὢν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν· ὢν γὰρ Θεός, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός. Οὐδὲ γὰρ κατ' ἕκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ πάλιν κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου γέγονε Θεός· ἀλλὰ Λόγος ὢν, διὰ τὸ ἀπαθὲς σὰρξ ἐγένετο, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως. Ἄλλ' ὅτε μὲν ἐτέχθη, Ἰουδαῖοι ἡρνοῦντο τὸν ξένον τόκον, καὶ Φαρισαῖοι παρηρμήνευον τὰς θείας Βίβλους, καὶ γραμματεῖς ὑπε-

PG
56, 385
*386

nomine, re minister oeconomiae. Hic itaque in angustum deducitur cum Maria in Bethlehem: ita ut propter diversorii angustias infantem in praeseptio locari necesse fuerit.

- 2033 3. [...] Hic vero Deus magnus et aeternus, apparens hominibus, accepit carnem a Spiritu sancto concinnatam. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.*² Quomodo igitur Spiritu creante? Formavit enim templum Verbi Dei Spiritus sanctus in sancta illa et magna Virgine, et prodiit corpus habens ex virgine, concinnatum a Spiritu sancto divina virtute invisibiliter et inenarrabiliter.
- 2034 [...] Hodie qui est, gignitur, et rursum qui est, fit id quod non erat; nam cum Deus esset, fit homo; ab ea tamen, quam habeat, deitate non excidit. Neque enim cum deitatis iactura factus est homo, neque rursum per succedentia incrementa ex homine factus est Deus; sed Verbum exsistens, natura propria ob sui impatibilitatem manente immutata, factum est caro. Quando autem natus est, Iudaei quidem inusitatum partum negabant, Pharisei vero perperam sa-

PG
55, 607

PG
56, 386

¹ Ps. XCVI, 1; Homilia attributa Severiano Gabalen. Ep., vel Theodoro Cyrensi (cf. RPhTh, 543).

² Matth. I, 20.

³ Oratio attributa Chrysostomo, Gregorio Thaumaturgo, Severiano Gabalen. Ep., Proclo (cf. RPhTh, 543).

*387

ναντία τοῦ νόμου ἐλάλουν. Ἡρώδης τὸν τεχθέντα ἐζήτει, οὐχ ἵνα αὐτὸν τιμήσῃ, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἀπολέσῃ. Σήμερον γὰρ πάντα ὑπεναντία εἶδον. «Οὐκ ἐκρύβη γάρ, κατὰ τὸν ψαλμωδόν, ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἐτέραν». Βασιλεῖς μὲν γὰρ ἦλθον, τὸν ἐπουράνιον βασιλέα θαυμάζοντες, ὅτι πῶς ἐπὶ γῆς ἦλθεν οὐκ ἀγγέλους ἔχων, οὐκ ἀρχαγγέλους, οὐ * θρόνους, οὐ κυριότη-
τας, οὐ δυνάμεις, οὐκ ἐξουσίας, ἀλλὰ ξένην καὶ ἀτριβῆ βαδίσας ὁδόν, ἐξ ἀγεω-
γῆτου προῆλθε γαστρός, οὔτε τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ἐρήμους τῆς ἐπιστασίας αὐτοῦ καταλιπών, οὔτε τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐνανθρωπήσει τῆς οἰκείας θεότητος ἐκστάς· ἀλλὰ βασιλεῖς μὲν τὸν ἐπουράνιον βασιλέα τῆς δόξης ἦλθον προ-
σκυνήσοντες, στρατιῶται δὲ τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς δυνάμεως θεραπεύοντες· αἱ γυναῖκες τὸν ἐκ γυναικὸς τεχθέντα, ἵνα τὰς λύπας τῆς γυναικὸς εἰς χαρὰν μεταβάλλῃ· αἱ παρθένοι τὸ τῆς παρθένου παιδίον, ὅτι πῶς ὁ γάλακτος καὶ μαζῶν δημιουργὸς τὰς πηγὰς μαζῶν αὐτόματα ῥεῖθρα φέρεσθαι ποιῶν, παρὰ μητρὸς παρθένου παιδίου τροφὴν ἔλαθε. [...] Σήμερον ὁ γεννηθεὶς ἀβρόντως ἐκ Πατρὸς, ἐκ παρθένου τίκτεται, ἀφράστως δι' ἐμέ. Ἀλλὰ τότε μὲν κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων ἐγεννήθη, ὥς ὁ γεννήσας οἶδε· σήμερον δὲ πάλιν παρὰ φύσιν ἐτέχθη, ὥς ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπίσταται χάρις. Καὶ ἡ ἄνω αὐτοῦ γέννησις ἀληθής, καὶ ἡ κάτω γέννησις ἀψευδής, καὶ ἀληθῶς

*387

cros libros interpretabantur, et scribae quae legi erant contraria loquebantur; Herodes eum qui natus erat, quaerebat, non ut eum honore afficeret, sed ut eum interficeret. Hodie namque contraria cuncta cernebant. *Non enim occultata sunt*, ut cum Psalmorum auctore loquar, *a filiis eorum in generationem alteram*.¹ Siquidem reges venerunt, et caelestem Regem * suspexerunt, quod in terram venerit, non angelos secum habens, non archangelos, non thronos, non dominationes, non virtutes, non potestates, sed nova et minime trita incedens via ex illibato processerit utero: nec tamen angelos suae gubernationis exsortes dereliquit, neque propter incarnationem suam a sua excidit deitate: sed reges quidem venerunt, ut caelestem Regem gloriae adorarent, milites autem, ut Principem exercitus cohererent: mulieres, eum qui ex muliere natus est, ut mulieris dolores in laetitiam commutet: virgines, filium Virginis, admirantes qui fiat ut lactis conditor, qui efficit ut uberum fontes spontanea fluentia diffundant, a Virgine matre pueruli alimentum accipiat. [...] Hodie qui ex Patre ineffabiliter genitus est, ex Virgine propter me inexplicabili modo nascitur. Sed tum quidem secundum naturam ante saecula genitus est ex Patre, prout novit ille, qui genuit: hodie vero rursus ex Virgine praeter naturam natus est, prout Spiritus sancti novit gratia. Et superna eius generatio vera est, et inferior eius generatio minime

¹ Ps. LXXVII, 4.

Θεὸς ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθη, καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἐκ παρθένου ἐτέχθη. "Ἄνω μόνος ἐκ μόνου Μονογενής, κάτω μόνος ἐκ παρθένου μόνης Μονογενής ὁ αὐτός. "Ὡσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ἄνω γεννήσεως ἀσεβὲς ἐννοῆσαι μητέρα· οὕτω βλάσφημόν ἐστιν ὑπολαβεῖν καὶ ἐπὶ τῆς κάτω γεννήσεως πατέρα. Ὁ Πατὴρ ἀρρέυστως ἐγέννησε, καὶ ἡ παρθένος ἀφθόρως ἔτεκεν· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς ῥέυσιν ὑπέμεινε γεννήσας· θεοπρεπῶς γὰρ ἐγέννησεν· οὔτε ἡ παρθένος φθορὰν ὑπέμεινε τεκοῦσα· πνευματικῶς γὰρ ἔτεκεν. "Ὅθεν οὔτε ἡ ἄνω αὐτοῦ γέννησις ἐξήγησιν ἔχει, οὔτε ἡ ἐν * ὑστέροις καιροῖς πρόοδος πολυπραγμονεῖσθαι ἀνέχεται. "Ὅτι μὲν γὰρ ἔτεκεν ἡ παρθένος, σήμερον οἶδα, καὶ ὅτι ἐγέννησεν ὁ Θεὸς ἀχρόνως, πιστεύω· τὸν δὲ τρόπον τῆς γεννήσεως σιωπῇ τιμᾶν μεμάθηκα, καὶ οὐ διὰ λόγων πολυπραγμονεῖν παρέλαβον. Ἐπὶ γὰρ Θεοῦ οὐ δεῖ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων προσέχειν, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος πιστεύειν. Φύσεως γὰρ ἐστὶ νόμος, ὅταν γυνὴ προσομιλήσασα γάμοις τέκη· ὅταν δὲ παρθένος ἀπειρόγαμος τεκοῦσα πάλιν παρθένος φανείη, ὑπὲρ φύσιν τὸ πρᾶγμα. Τὸ οὖν κατὰ φύσιν ζητεῖσθω, τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν σιγῇ τιμάσθω, οὐχ ὥς φευκτόν, ἀλλ' ὥς ἀπόρρητον, καὶ σιωπῇ τιμᾶσθαι ἄξιον. Ἄλλ' ἀπονείματέ μοι συγγνώμην, παρακαλῶ, ἐν προοιμίῳ καταπαῦσαι τὸν λόγον βουλομένω. Δειλὸς γὰρ ὢν πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ἔρευναν, πῶς ἢ ποῦ τρέψω τῶν λόγων τὰ πηδάλια οὐκ ἔχω. Τί γὰρ εἴπω, ἢ τί λαλήσω; Τὴν τεκοῦσαν ὁρῶ, τὸν τεχθέντα βλέπω, τὸν δὲ τρόπον τῆς γεννήσεως οὐ συνορῶ· νικᾶται

*388

falsa: et vere Deus ex Deo genitus est, et vere homo idem ex Virgine natus est. Sursum solus ex solo Unigenitus, deorsum solus ex sola Virgine idem Unigenitus. Sicut enim in superna generatione matrem intelligere impium est: sic in inferiori generatione patrem existimare blasphemum est. Pater absque defluxu genuit, et Virgo sine corruptione peperit: nam neque defluxum sustinuit Pater; * quippe qui, prout conveniebat Deo, genuit: neque Virgo corruptionem sustinuit pariendo; quippe quae spiritualiter peperit. Unde neque superna eius nativitas explicari potest, neque progressus eius in novissimis temporibus curiose pervestigari se sinit. Nam Virginem quidem hodie peperisse scio, et Deum sine tempore genuisse credo: modum autem generationis silentio didici venerari, non oratione curiose illam inquirendam accepi. Siquidem in Deo non rerum natura est attendenda, sed eius, qui operatur, virtuti fides habenda. Lex enim est naturae, cum mulier matrimonio iuncta parit: cum vero virum non experta virgo postquam peperit, virgo rursus apparet, tum res naturam excedit. Quod igitur secundum naturam fit, inquiretur: quod vero naturam superat, silentio colatur: non tamquam fugiendum, sed tamquam inenarrabile, dignumque quod silentio veneremur. Sed date mihi, quaeso, hanc veniam, ut in exordio finem faciam dicendi. Cum enim

*388

γὰρ φύσις, νικᾶται καὶ τάξεως ὅρος, ὅπου Θεὸς βούλεται. Οὐ γὰρ κατὰ φύσιν γέγονε τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν τὸ θαῦμα· ἤργησε γὰρ ἡ φύσις, καὶ ἐνήργησε τοῦ Δεσπότη τοῦ βούλημα. Ὡ χάριτος ἀφράστου! Ὁ πρὸ αἰώνων Μονογενής, ὁ ἀναφής, καὶ ἀπλοῦς, καὶ ἀσώματος, ὑπεισῆλθέ μου τὸ φθαρτὸν καὶ ὁρατὸν σῶμα. Διὰ τί; Ἵνα βλέπόμενος διδάξῃ, διδάξας δὲ πρὸς τὸ μὴ βλέπόμενον χειραγωγῇ. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ἀκοῆς πιστότερον ποιοῦσιν, ὃ δὲ μὴ βλέπουσιν ἀμφιβάλλουσι, διὰ τοῦτο ἠνείχετο καὶ ὀφθαλμοῖς τὴν ἑαυτοῦ θεὸν διὰ τοῦ σώματος παρασχεῖν, ἵνα λύσῃ τὴν ἀμφισβήτησιν. Καὶ τίκεται ἐκ παρθένου ἀγνοούσης τὸ πρᾶγμα· οὔτε γὰρ συνήργησε πρὸς τὸ γινόμενον, οὔτε συνεβάλλετο πρὸς τὸ πραττόμενον, ἀλλ' ἦν ψιλὸν ὄργανον τῆς ἀπορρήτου αὐτοῦ δυνάμεως, μόνον εἰδυῖα, ὃ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἐρομένη ἔμαθεν, ὅτι « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Καὶ φησι· Τοῦτο βούλει μαθεῖν; « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Καὶ πῶς ἦν μετ' αὐτῆς, καὶ μικρὸν ὕστερον ἐξ αὐτῆς; Ὡσπερ τεχνίτης εὐρὼν ὕλην χρησιμωτάτην, κάλλιστον ἀπεργάζεται σκεῦος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς εὐρὼν τῆς παρθένου ἅγιον καὶ τὸ σῶμα

rerum sublimiorum investigationem attingere reformidem, quo pacto, aut quam in partem orationis clavum flectam nescio. Quid enim dicam, aut quid loquar? Matrem video, quae peperit; filium partu editum cerno, modum autem generationis non conspicio: vincitur enim natura, vincitur ordinis limes, quando vult Deus. Non enim secundum naturam res accidit, sed supra naturam miraculum evenit: quievit enim natura, sed Domini voluntas operata est. O ineffabilem gratiam! Unigenitus, qui est ante saecula, qui tangi non potest, qui simplex est et incorporeus, corpus meum subiit corruptioni obnoxium et aspectabile. Quam ob causam? Ut conspectus doceat, docens autem, ad ea quae non cadunt sub oculos, manu ducat. Nam quoniam oculos auribus fideliores esse existimant homines, de eo vero dubitant, quod non vident, propterea dignatus est et per corpus oculis conspectum sui praebere, ut dubitationem tolleret. Et nascitur ex Virgine, quae rem ignorabat: nam neque cooperata est ad rem gerendam, neque contulit quippiam ad id quod fiebat: sed nudum fuit arcanae virtutis eius instrumentum; tantum id noverat quod ex Gabriele sciscitata didicerat: *Quomodo mihi fiet istud, quia virum non cognosco?*¹ Tum inquit ille: Vis hoc scire? *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*² Et quomodo cum ipsa erat, et paulo post ex ipsa? Quemadmodum artifex, inventa materia utilissima, vas pulcherrimum fabricatur: ita Christus, invento virginis sancto

¹ Lc. I, 34.

² Lc. I, 35.

καὶ τὴν ψυχὴν, ἔμψυχον ἑαυτῷ κατακόσμησε ναόν, ὃν ἐβουλήθη τρόπον πλάσας τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ παρθένῳ, καὶ ἐνδυσάμενος αὐτόν, σήμερον προῆλθεν, οὐκ αἰδεσθεὶς τὸ δυσειδὲς τῆς φύσεως. Οὐδὲ γὰρ ὕβριν ἔφερεν αὐτῷ, φορέσαι τὸ ἴδιον ἔργον· καὶ τὸ πλάσμα δὲ μεγίστην ἑκαρποῦτο δόξαν, ἐνδυμα τοῦ τεχνίτου γινόμενον. Ὡσπερ γὰρ παρὰ τὴν πρώτην πλάσιν ἀδύνατον ἦν συνεστάναι τὸν ἄνθρωπον, πρὶν ἢ τὸν πηλὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἔλθεῖν· οὕτω καὶ τὸ φθαρὲν σκεῦος ἀδύνατον μεταποιηθῆναι, εἰ μὴ γέγονεν ἐνδυμα τοῦ ποιήσαντος.

2035

2. [...] «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται». Εἰπέ μοι, ὦ Ἰουδαῖε, εἰπέ μοι λοιπόν, τίνα ἔτεκε; Θάρρῃσόν μοι, κἂν ὡς τῷ Ἡρώδῃ. Ἄλλ' οὐ θαρρῶεις. Οἶδα διὰ τί· διὰ τὴν ἐπιβουλήν. Ἐκεῖνῳ γὰρ εἶπας, ἵνα αὐτὸν ἀνέλῃ· ἐμοὶ δὲ οὐ λέγεις, ἵνα μὴ αὐτὸν προσκυνήσω. Τίνα δὲ ἔτεκε; Τίνα; Τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως. Κἂν γὰρ σὺ σιωπᾷς, ἡ φύσις βοᾷ· ἔτεκε γὰρ, ὡς ὁ τεχθεὶς τεχθῆναι ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπετρέπετο, ἀλλ' ὡς Δεσπότης τῆς φύσεως ξένον τῆς γεννήσεως εἰσήγαγε τρόπον, ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γενόμενος οὐχ ὡς ἄνθρωπος τίκεται, ἀλλ' ὡς Θεὸς γεννᾶται. Ἐκ παρθένου οὖν σήμερον προῆλθε νικησάσης φύσιν, ὑπερβάσης γάμον. Ἐπρεπε γὰρ τῷ τῆς ἁγιοσύνης πρυτάνει ἐκ καθαρῶν καὶ ἁγίων προελθεῖν τόκων. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ πάλαι ἐκ παρθένου γῆς τὸν Ἀδὰμ πλάσας, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄνευ

PG
56, 389

corpore et anima, templum sibi construxit animatum, et hominem qua ratione voluit, efformavit ex virgine, eumque indutus hodie processit, neque naturae deformitatem erubuit. Neque enim probrosum illi fuit, ut suum opus ipse gestaret: ipsum quoque opificium maxima gloria cumulabatur, quod opificis sui fieret indumentum. Nam quemadmodum in prima formatione fieri non poterat, ut homo constitueretur, antequam lutum in eius manus veniret: ita fieri nequit ut vas corruptibile transmutetur, nisi fiat Opificis indumentum.

2035

2. [...] *Ecce virgo in utero concipiet.*¹ Dic mihi, Iudaeae, dic mihi porro, quem peperit? Fide mihi, saltem ut Herodi. Sed non fidis. Scio quam ob causam: propter insidias. Illi enim dixisti, ut eum interficeret: mihi vero non dicis, ut ne eum adorem. Quemnam vero peperit? Quemnam? Naturae Dominum. Licet enim tu sileas, clamat natura: peperit enim, ut voluit partu edi, qui partu est editus. Non enim id a natura permittebatur, sed ut naturae Dominus inusitatum nativitatis modum invexit, ut ostendat se hominem factum, non ut hominem partu edi, sed ut Deum nasci. Ex Virgine igitur hodie prodiit, quae naturam vicit, et nuptias superavit. Etenim sanctitatis Dispensatori conveniebat, ut puro et sancto partu in lucem ederetur. Ipse namque est, qui e terra virgine quondam formavit Adamum,

PG
56, 389

¹ Isa. VII, 14.

γυναικὸς γυναῖκα μορφώσας. "Ὡςπερ γὰρ ὁ Ἀδὰμ ἄνευ γυναικὸς γυναῖκα ἤνεγκεν, οὕτω καὶ σήμερον ἡ παρθένος ἄνευ ἀνδρὸς ἄνδρα ἔτεκεν. "Ἀνθρωπος γὰρ ἐστὶ, φησί, καὶ τίς γινώσεται αὐτόν; "Ἐπειδὴ γὰρ ἐχρεώσται τὸ γυναικεῖον γένος τοῖς ἀνθρώποις τὴν χάριν, ὥς τοῦ Ἀδὰμ ἄνευ γυναικὸς γυναῖκα βλαστήσαντος, διὰ * τοῦτο σήμερον ἔτεκεν ἡ παρθένος ἄνευ ἀνδρός, ὑπὲρ τῆς Εὐας ἐκτιννύουσα τοῖς ἀνδράσι τὸ χρέος. "Ἰνα γὰρ μὴ μέγα φρονήσῃ ὁ Ἀδὰμ, ἄνευ γυναικὸς γυναῖκα βλαστήσας, διὰ τοῦτο καὶ ἡ παρθένος ἄνευ ἀνδρὸς ἄνδρα ἔτεκεν, ἵνα τῷ κοινῷ τοῦ θαύματος τὸ ὁμότιμον δείξῃ τῆς φύσεως. "Ὡςπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ τὴν πλευράν ἀφείλε, καὶ τὸν Ἀδὰμ οὐκ ἐμείωσεν οὐδέν· οὕτω καὶ ἐν τῇ παρθένῳ καὶ τὸν ἐμψυχον ἐπλασε ναόν, καὶ τὴν παρθενίαν οὐκ ἔλυσεν. Σῶος ἔμεινεν ὁ Ἀδὰμ καὶ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς· ἄφθορος ἔμεινε καὶ ἡ παρθένος μετὰ τὴν πρόοδον τοῦ βρέφους. Διὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἀλλαχόθεν ἑαυτῷ ναὸν κατεσκευάσατο, οὐδὲ ἄλλο σῶμα πλάσας ἐνεδύσατο, ἵνα μὴ δόξῃ τὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐνυβρίζειν φύραμα. "Ἐπειδὴ γὰρ ἀπατηθεὶς ὁ ἄνθρωπος ὄργανον γέγονε τοῦ διαδόλου, διὰ τοῦτο αὐτὸν τὸν ὑποσκελισθέντα ἐμψυχον ἀνελάμβανε ναόν, ἵνα διὰ τὴν πρὸς τὸν πεποιηκότα συνάφειαν ἐκ τῆς τοῦ διαδόλου αὐτὸν ἀποστήσῃ συνηθείας. "Ὅμως καὶ ἄνθρωπος γινόμενος οὐχ ὥς ἄνθρωπος τίκεται, ἀλλ' ὥς Θεὸς γεννᾶται. Εἰ γὰρ ἐκ κοινῶν γάμων προῆλθεν, ὥςπερ ἐγώ, ψεῦδος τοῖς πολλοῖς ἐνομί-

ex Adamo vero sine muliere mulierem efformavit. Sicut enim sine muliere protulit mulierem Adamus, sic etiam Virgo sine viro hominem hodie peperit. Homo enim est, inquit, et quis cognoscet eum? Nam quoniam hominibus genus muliebne beneficium debebat, utpote quod Adam sine muliere mulierem produserat: propterea virgo sine viro hodie peperit, ac pro Eva * debitum viri persolvit. Ut enim non superbiret Adamus, quod sine muliere mulierem protulisset, ideirco et mulier sine viro peperit virum, ut miraculi communione naturae aequalitatem ostenderet. Nam quemadmodum ab Adamo costam abstulit, et Adamum nihil imminuit: sic et in Virgine animatum templum effinxit, et virginitatem minime solvit. Salvus et incolumis remansit etiam post costae privationem Adamus: incorrupta etiam virgo permansit, postquam infans ex ea prodiit. Ideirco autem non aliunde sibi templum exstruxit, neque aliud corpus formatum induit, ne massam Adami contumelia afficere videretur. Nam quoniam deceptus homo, diaboli instrumentum factus erat, propterea ipsum qui supplantatus fuerat tamquam animatum templum assumit, ut propter hanc cum suo Conditore coniunctionem ipsum a diaboli consuetudine ac familiaritate divelleret. Verumtamen dum fit homo, non ut homo partu editur, sed ut Deus nascitur. Si enim ex communi coniugio prodiiisset ut ego, figmentum a vulgo existimatus

ζετο· νῦν δὲ διὰ τοῦτο ἐκ παρθένου τίκτεται, τικτόμενος δὲ καὶ τὴν μήτραν ἀναλλοίωτον τηρεῖ, καὶ τὴν παρθενίαν ἀζήμιον διαφυλάττει, ἵνα ὁ ξένος τῆς κυήσεως τρόπος πίστεώς μοι μεγάλης πρόξενος γένηται. "Ὅθεν καὶ Ἕλληνας με, καὶ Ἰουδαῖος ἐρωτᾷ, ὅτι ὁ Χριστὸς Θεὸς ὢν κατὰ φύσιν, ἄνθρωπος γέγονε παρὰ φύσιν, ἐρῶ· Ναί, μάρτυρα τοῦ λόγου τὴν ἄσπιλον τῆς παρθενίας σφραγίδα καλῶν· οὕτω γάρ ἐστι Θεὸς νικῶν τὴν τῆς φύσεως τάξιν· οὕτω γαστρός ἐστι κεραμεύς, καὶ παρθενίας εὑρετής, ὅτι καὶ ἀμόλυντον ἔσχε τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον, καὶ ἑαυτῷ ἀφράστως ὠκοδόμησε ναόν, ὃν ἡδουλήθη τρόπον. Εἰπέ μοι οὖν, ὦ Ἰουδαῖε, ἔτεκεν ἡ παρθένος, ἢ οὐ; Εἰ μὲν γὰρ ἔτεκεν, ὁμολόγησον τὸν ξένον τόκον· εἰ δὲ οὐκ ἔτεκε, διὰ τί τὸν Ἡρώδην ἠπάτησας; Σὺ γὰρ αὐτῷ πυθανομένῳ, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, εἶπας, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Μὴ οὖν ἐγὼ ἤδην τὴν κώμην, ἢ τὸν τόπον; μὴ ἐγὼ τοῦ γεννωμένου τὴν ἀξίαν ἐγίνωσκον; οὐχ ὁ Ἡσαΐας ὡς Θεοῦ αὐτοῦ ἐμνημόνευσε; «Τέξεται γάρ, φησίν, υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Οὐχ ὑμεῖς ἀγνώμονες ἐχθροὶ τὴν ἀλήθειαν εἰσηγήσασθε; οὐχ ὑμεῖς οἱ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι οἱ ἀκριβεῖς τοῦ νόμου φύλακες πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἡμᾶς ἐδιδάξατε; μὴ τὴν τῶν Ἑβραίων γλῶσσαν εἶδομεν; οὐχ ὑμεῖς τὰς Γραφὰς ἡρμηνεύσατε; Μετὰ τὸ τεκεῖν τὴν παρθένον, καὶ πρὸ τοῦ τεκεῖν,

esset: iam vero idcirco ex Virgine nascitur, nascens autem, et uterum illibatum conservat, et intemeratam virginitatem custodit, ut inusitatus pariendi modus magnae mihi fidei conciliator existat. Unde sive me gentilis sive Iudaeus interroget, num Christus cum secundum naturam Deus esset, homo praeter naturam sit factus, dicam, sic est: et testem inviolatum virginitatis sigillum citabo: ita namque Deus est, qui naturae ordinem vincat: ita ventris est fictor, et virginitatis inventor, qui et immaculatum habuerit nativitatis modum, et ineffabiliter templum sibi, quo voluerit modo, construxerit. Dic mihi ergo, Iudaeae, peperitne virgo, annon? Si enim peperit, inusitatum partum confitere: quod si non peperit, cur Herodem fefellisti? Tu enim ipsi sciscitanti, ubi Christus nasceretur, dixisti: In Bethleem Iudaeae. Num igitur ego pagum noveram aut locum? ¹ Num ego dignitatem eius qui natus erat perspectam habebam? Nonne Isaias ipsius tamquam Dei mentionem fecit? *Pariet enim, inquit, filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.* ² Nonne vos improbi inimici veritatem introduxistis? Nonne vos scribae et Pharisei diligentes legis observatores omnes res eius nos docuistis? ³ Numquid hebraicam linguam nos callemus? Nonne vos Scripturas interpretati estis? Postquam virgo peperit, et

¹ Matth. II, 5.

² Isa. VII, 14.

³ Matth. I, 23.

ἵνα μὴ δόξῃ πρὸς χάριν τοῦ Θεοῦ ἐρμηνεύεσθαι τὸ λεγόμενον, οὐχ ὑμεῖς ἐρωτώμενοι παρ' Ἡρώδου, μάρτυρα παρηγάγετε Μιχαίαν τὸν προφήτην, ἵνα ὑμῶν τὸν λόγον κυρώσῃται; «Καὶ σὺ γάρ, φησί, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθα οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ». Καλῶς εἶπεν ὁ προφήτης· «Ἐκ σοῦ». Ἐξ ὑμῶν γὰρ ἐξῆλθε, καὶ εἰς τὴν οἰκουμένην ἦλθεν. Ὁ γὰρ ὢν, προέρχεται· ὁ δὲ μὴ ὢν, κτίζεται, ἢ γίνεται. Αὐτὸς δὲ καὶ ἦν, καὶ προῆν, καὶ αἰεὶ ἦν· ἀλλ' ἦν μὲν αἰεὶ ὡς Θεός, διέπων * τὸν κόσμον· σήμερον δὲ προῆλθεν, ὡς ἄνθρωπος μὲν τὸν λαὸν ποιμαίνων, ὡς Θεὸς δὲ τὴν οἰκουμένην διασώζων.

*391

PG
56, 392

[...] Ἰδοὺ βρέφος σπαργάνοις ἐμπλέκεται, καὶ ἐν φάτνῃ κεῖται· πάρεστι δὲ καὶ Μαρία παρθένος οὔσα καὶ μήτηρ· παρῆν δὲ καὶ Ἰωσήφ ὀνομαζόμενος πατήρ. Οὗτος ἀνὴρ λέγεται, ἐκείνη γυνὴ προσαγορεύεται· ὀνόματα ἔννομα συζυγίας ἔρημα. Μέχρι ῥημάτων νόησαί μοι, ἀλλ' οὐ μέχρι πραγμάτων. Μόνον οὗτος ἐμνηστεύσατο, καὶ Πνεῦμα ἅγιον αὐτῇ ἐπεσκέασεν. Ὅθεν ἀπορῶν ὁ Ἰωσήφ οὐκ ἤδει τί καλέσει τὸ βρέφος. Ἐκ μοιχείας αὐτὸς εἰπεῖν οὐκ ἐτόλμα, κατὰ τῆς παρθένου βλάβοις καταχέειν λόγον οὐκ ἡδύνατο, τέκνον αὐτὸ εἰπεῖν ἴδιον οὐκ ἠνείχετο· ἤδει γὰρ καλῶς, ὅτι οὐκ ἔγνω πῶς ἢ πόθεν ἐτέχθη τὸ βρέφος· ὅθεν ἀποροῦντι αὐτῷ πρὸς τὸ πρᾶγμα χρησμός οὐρανόθεν

2036

antequam pareret, ne videretur locus ille in gratiam Domini exponi, nonne vos interrogati ab Herode testem Michaeam prophetam protulistis, ut sermonem vestrum confirmaret? *Et tu enim, inquit, Bethleem domus Ephrata, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui reget populum meum Israel.*¹ Recte dixit propheta, *Ex te*. Ex vobis exiit, et in orbem terrarum venit. Qui enim est, progreditur; qui vero non est, creatur, aut fit. At ipse et erat, et ante erat, et semper erat: sed erat quidem semper ut Deus, mundum gubernans: hodie vero * prodiit: ut homo populum regit, ut Deus autem orbem terrarum salvum fecit.

*391

PG
56, 392

[...] Ecce infans fasciis involvitur, et in praesaepio iacet: adest autem et Maria quae virgo et mater est: aderat autem et Ioseph, qui pater appellatur. Hic vir dicitur, illa uxor vocatur: legitima sunt nomina copulatione destituta. Verborum tenuis haec mihi intellige, non rerum tenuis. Hic solum desponsavit, et Spiritus sanctus obumbravit ei: unde dubitans Ioseph, quid appellaret infantem nesciebat. Ex adulterio natum dicere ipsum non audebat, probrosum in virginem iacere sermonem non poterat, filium ipsum dicere suum refugiebat: probe namque sciebat sibi ignotum esse, quo pacto, vel unde infans natus esset: quam ob causam illi de re dubitanti, de caelo oraculum angeli

2036

¹ Mich. V, 2; Matth. II, 6.

διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς ἐπεφέρετο, ὅτι· « Μὴ φοβοῦ, Ἰωσήφ· τὸ γὰρ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς ἐκ Πνεύματος ἐστὶν ἁγίου ». Πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἐπεσκέασεν τῇ παρθένῳ. Διὰ τί δὲ ἐκ παρθένου τίκεται, καὶ τὴν παρθενίαν ἀζήμιον τηρεῖ; Ὅτι πάλαι παρθένον οὖσαν τὴν Εὐὰν ἠπάτησεν ὁ διάβολος, διὰ τοῦτο παρθένον οὖσαν τὴν Μαριάμ ὁ Γαβριὴλ εὐηγγελίσσατο. Ἀλλ' ἀπατηθεῖσα μὲν ἡ Εὐὰ ῥῆμα ἔτεκε θανάτου αἰτιον· εὐαγγελισθεῖσα δὲ ἡ Μαρία Λόγον ἐν σαρκὶ ἐγέννησε, ζωῆς αἰωνίου ἡμῖν πρόξενον. Τὸ ῥῆμα τῆς Εὐὰς ξύλον ἔδειξε, δι' οὗ τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ * παραδείσου ἐξέωσεν· ὁ Λόγος δὲ ὁ ἐκ τῆς *393 Παρθένου τὸν σταυρὸν ἔδειξε, δι' οὗ τὸν ληστήν εἰς πρόσωπον τοῦ Ἀδὰμ εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγεν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐπίστευον Ἕλληνες, οὐκ Ἰουδαῖοι, οὐχ αἰρετικῶν παῖδες, ὅτι ὁ Θεὸς ἀβρῆεύστως καὶ ἀπαθῶς ἐγέννησε, διὰ τοῦτο σήμερον ἐκ παθητοῦ σώματος προελθὼν, ἀπαθὲς τὸ παθητὸν διετήρησε σῶμα, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὥσπερ ἐκ τῆς παρθένου τεχθεὶς τὴν παρθενίαν οὐκ ἔλυσεν, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀβρῆεύστου καὶ * ἀναλλοιώτου μενούσης *394 τῆς ἁγίας οὐσίας, ὡς Θεὸς Θεὸν θεοπρεπῶς ἐγέννησεν.

HOMILIA DE LEGISLATORE ¹

- 2037 7. [...] Ἐχομεν καὶ ἡμεῖς τὴν ἁγίαν Παρθένον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν PG 56, 409
 πρεσβεύουσαν ὑπὲρ ἡμῶν. Εἰ γὰρ ἡ τυχοῦσα γυνὴ ἐνίκησε, πόσῳ μᾶλλον ἡ

voce delatum est: *Noli timere, Ioseph: quod enim ex ea genitum est, de Spiritu sancto est.*² Spiritus enim sanctus virgini obumbravit. Quare vero ex virgine nascitur, et virginitatem illibatam servat? Quia quondam virginem Evam decepit diabolus, idcirco ad Mariam, quae virgo erat, felicem nuntium Gabriel detulit. Sed decepta quidem Eva peperit verbum, quod mortem intulit: at felicem nuntium accipiens Maria Verbum in carne genuit, quod vitam nobis aeternam conciliat. Verbum Evae lignum indicavit, per quod lignum e * paradiso Adam expulit: Verbum autem quod ex Virgine prodiit, crucem exhibuit, per quod latronem vice Adami in paradysum introduxit. Nam quoniam neque gentiles, neque Iudaei, neque haeretici credebant Deum sine passione ac defluxu genuisse, propterea hodie ex patibili corpore progressus, impatibile conservavit corpus patibile, ut ostenderet, quemadmodum ex virgine natus virginitatem non solvit, ita Deum quoque, non defluxa nec mutata manente sacra substantia, tamquam Deum, prout Deo conveniebat, Deum genuisse. *393

- 2037 7. [...] Habemus et nos sanctam Virginem ac Dei genitricem Mariam, quae pro nobis intercedit. Si enim quaevis e vulgo mulier PG 56, 409

¹ Quasi certe Homilia haec est *Severiani* Gabalen. Ep. (cf. RPhTh, 543).

² Matth. I, 20.

*410 τοῦ Χριστοῦ μήτηρ καταισχύνει τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀληθείας; Πανοπλίαν ἐν-
 δυόμενος ὁ Ἐχθρὸς ἐνόμισε γυναῖκα εἶναι χλευαζομένην, καὶ εὔρε * στρατη-
 γὸν ἀγωνιζόμενον. Οὐκ ἐνόμισε μνήματι ἄπτεσθαι, καὶ εὐρέθη αὐτῷ τά-
 φος· νεκρὰν ἐνόμισε, καὶ ἐνεκρώθη ὑπ' αὐτῆς. Ἔχομεν τὴν δέσποιναν ἡμῶν
 τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν Θεοτόκον· ἀλλὰ χρεῖα καὶ ἀποστόλων. Εἴπωμεν Παύ-
 λω, καθὼς εἶπον οἱ τότε· «Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν». Ἔχομεν
 ἀποστόλους, μὴ ναρκήσωμεν. Ἔχομεν τὴν δέσποιναν ἡμῶν τὴν Θεοτόκον,
 τὴν ἁγίαν ἀειπαρθένον Μαρίαν, μὴ ὀκνήσωμεν. Ἔχομεν τὸν χορὸν τῶν Μαρ-
 τύρων, μὴ ῥαθυμήσωμεν. Μὴ μόνον ἱκετεύσωμεν, ἀλλ', εἰ δοκεῖ, καὶ νηστεύ-
 σωμεν. Βέλτιον νηστεῦσαι νηστείαν πόθου, καὶ μὴ νηστείαν λιμοῦ· βέλτιον
 νηστεῦσαι νηστείαν ἀγάπης, καὶ μὴ νηστείαν ἀνάγκης. Λέγει ὁ Σωτὴρ
 περὶ τῶν δαιμόνων· «Τὸ γένος τοῦτο οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ
 νηστείᾳ». Δαίμονας φυγαδεύει εὐχὴ καὶ νηστεία, καὶ βαρβάρους οὐκ ἐλαύνει;
 Καὶ ἤδη εἶπον, καὶ πάλιν λέγω· Παρακαλέσωμεν τὴν ἁγίαν ἐνδοξὸν Παρ-
 θένον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν· παρακαλέσωμεν τοὺς ἁγίους καὶ ἐνδόξους ἀπο-
 στόλους· παρακαλέσωμεν τοὺς ἁγίους μάρτυρας.

victoriam obtinuit, quanto magis Christi mater hostes veritatis con-
 fundit? Hostis ille omni armorum genere instructus, putavit mulie-
 rem esse risu dignam, et invenit ducem certantem. Non putavit se
 *410 prope sepulcrum esse, et inventum est illi sepulcrum: * mortuam
 illam existimabat, et ab ipsa interfectus est. Habemus Dominam
 nostram sanctam Mariam Deiparam: sed et apostolorum precibus
 opus est. Dicamus et nos Paulo, quemadmodum et prisci illi: *Cum
 in Macedoniam pertransieris, nobis auxiliare.*¹ Habemus apostolos,
 ne torpescamus. Habemus, inquam, dominam nostram sanctam
 Deiparam, et semper Virginem Mariam, ne pigritemur. Habemus cho-
 rum martyrum, ne desides simus. Neque vero tantum precemur, sed,
 si videtur, etiam ieiunemus. Satiус est ieiunare ieiunium desiderii,
 quam famis: satius, ieiunium dilectionis, quam necessitatis. Servator
 de daemonibus ait: *Genus hoc non eiicitur nisi in oratione et ieiunio.*²
 Oratio et ieiunium daemones profligat: et barbaros non profligabit?
 Quod ante dixi rursus dico: rogemus sanctam gloriosam Virginem et
 Deiparam Mariam: rogemus sanctos et praeclaros apostolos: rogemus
 sanctos martyres.

¹ Act. XVI, 9.

² Matth. XVII, 20.

IN ILLUD «IN QUA POTESTATE HAEC FACIS?»¹

- 2038 5. [...] Οὐκ εἶπεν· Ἀραιωθείσης ἢ διαλυθείσης τῆς θύρας εἰσῆλθεν, ἀλλά· PG 56, 420
«Κεκλεισμένων». Τὸ γεγονὸς ἐκήρυξε· τίς ὁ τρόπος τοῦ γεγονότος οὐκ ἔδει-
ξεν. Ἐξῆλθε Πέτρος ἀπὸ φυλακῆς· ἀλλ' ἠνοίχθησαν αὐτῷ αἱ πύλαι, καὶ ἡ
Γραφή ἐπεσημάνατο λέγουσα, ὅτι· «Ἡ σιδηρὰ πύλη αὐτομάτῃ ἠνοίγη αὐτοῖς»·
οὐκ εἶπεν· Αὐτομάτῃ ἐδέξατο Πέτρον διερχόμενον· ἀνθρώπινον γὰρ ἦν τὸ
σῶμα, καὶ ἐξ ἀνθρωπίνου φυχράματος. Τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπινον μὲν,
διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συγγένειαν· θεῖον δὲ διὰ τε τὴν πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον
ἔνωσιν, καὶ διὰ τὴν ξένην ὥδῃνα τῆς παρθένου.

CONTRA HAERETICOS ET IN S. DEIPARAM²

- 2039 1. [...] «Ὡ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὥς ἀνεξε- PG 59, 711
ρεῦνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!» Τί λέγεις, ὦ
Παῦλε; ὁ πλοῦτος τοῦ Θεοῦ ἐν βάθει κεῖται, καὶ ἐν ὕψει γνωρίζεται; Ναί,
φησί, καὶ ἐν βάθει, καὶ ἐν ὕψει· ἐν βάθει μὲν διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐν ὕψει
δὲ διὰ τὴν θεότητα. Οὕτω γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ἀποκαλύπτων τὴν οἰκονο-
μίαν ἔλεγε πρὸς Ἀχαζ· «Αἵτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ

- 2038 5. [...] Non dixit: Rarefacta aut soluta ianua ingressus est, sed *Ia-* PG 56, 420
nua clausis.³ Quod factum est narravit; quis rei modus fuerit non
declaravit. Exiit Petrus e carcere; sed apertae sunt ei ianuae, idque
Scriptura significavit his verbis: *Porta ferrea ultro aperta est eis*.⁴
Non dixit: Ultro suscepit Petrum transeuntem: humanum quippe
corpus erat, et ex humana massa. Corpus vero Christi humanum
quidem erat, ob cognationem quam nobiscum habet; divinum autem
ob unionem Verbo, et ob admirabilem Virginis partum.

- 2039 1. [...] *O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei, quam* PG 59, 711
*incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!*⁵ Quid
dicis, o Paule? Divitiae Dei in profundo iacent, et in alto noscuntur?
Etiam, inquit, et in profundo et in alto: in profundo propter humani-
tatem; in alto propter divinitatem. Ita enim per prophetam oecono-
miam revelans dicit ad Achaz: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in*

¹ Matth. XXI, 23. — Homilia haec probabiliter est Severiani Ep. Gaba-
len. (cf. RPhTh, 543).

² Docti Auctores attribuant Homiliam hanc Proclo vel cuidam Anonymo
qui vixit ante Conc. Ephesinum. Homilia haec similis videtur Homiliae «*In*
Salvatoris nativitate» super relatae (cf. RPhTh, 543).

³ Io. XX, 19.

⁴ Act. XII, 10.

⁵ Rom. XI, 33.

σου εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος»· εἰς βάθος μὲν, διὰ τὴν οἰκονομίαν, εἰς ὕψος δέ, διὰ τὴν θεολογίαν. Βαθὺ μὲν γὰρ σημεῖον τὸ ἐκ Παρθένου τεχθῆναι, ὑψηλὸν δὲ κήρυγμα καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ Θεὸν γεννηθῆναι. Οὔτε οὖν τὸ ὕψος, ἄνθρωπε, περιεργαζόμενος καταλαμβάνεις, οὔτε τὸ βάθος πολυπραγμονῶν εὐρίσκεις. Σεπτὰ γάρ εἰσιν αἱ τοῦ Χριστοῦ γεννήσεις· ἡ μὲν γὰρ ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἡ δὲ παρὰ φύσιν. Παρὰ φύσιν γὰρ ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐκ τῆς Παρθένου ἐτέχθη, κατὰ φύσιν δὲ πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐτέχθη, ὡς ὁ γεννήσας οἶδε. Καὶ ἡ ἄνω γέννησις ἀψευδής. Ἀληθῶς γὰρ ἐκ Θεοῦ Θεὸς ἐγεννήθη, ἀληθῶς ἐκ τῆς Παρθένου ἄνθρωπος ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐτέχθη· ἄνω μόνος ἐκ μόνου Μονογενῆς, καὶ κάτω μόνος ἐκ μόνης Μονογενῆς· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἄνω γεννήσεως ἀσεβές ἐστὶν ὑπονοῆσαι μητέρα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Παρθένου βλάσφημόν ἐστὶν ὑπονοῆσαι πατέρα. Ὁ Πατὴρ ἀρρέυστως ἐγέννησεν, ἡ Παρθένος ἀφθόρως ἔτεκεν. Οὔτε γὰρ Θεὸς ῥεῦσιν ὑπέμεινε γεννήσας· θεοπρεπῶς γὰρ ἐγέννησεν· οὔτε ἡ Παρθένος φθορὰν ὑπέστη τεκοῦσα· πνευματικῶς γὰρ ἔτεκεν. Ὡ καὶ τοῦ θαύματος! ὦ σεπτοῦ καὶ ἀλαλήτου μυστηρίου! Τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ὅπερ λέγων οὐ σφάλλομαι· ὅτι καὶ ἄνω παρθένος ἐγέννησε φύσιν (καθαρὰ γὰρ ἐστὶ καὶ ἄφθορος ἡ τῆς θεότητος οὐσία), καὶ κάτω Παρθένος ἔτεκεν ἄφθορος ἄφθορον· «Οὐ δώσεις γὰρ τὸν Ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθο-

profundum, vel in altum; ¹ in profundum, propter oeconomiam sive incarnationem; in altum, propter theologiam. Profundum enim signum est, nasci ex Virgine; alta autem praedicatio est, Deum ex Deo nasci. Tu igitur, o homo, neque altum comprehendis curiose scrutando, neque profundum quantolibet conatu reperis. Venerandae namque sunt Christi generationes: altera quippe est secundum naturam, altera praeter naturam. Nam praeter naturam in novissimis temporibus ex Virgine natus est; secundum naturam autem ante saecula ex Patre natus est, ut novit Genitor. Superna autem generatio verissima est. Vere namque ex Deo Deus natus est, vere ex Virgine homo Deus cum hominibus natus est. Superne unus ex uno Unigenitus; in terra unus ex una Unigenitus: ac quemadmodum in superna generatione impium esset matrem suspicari, sic et cum Virgine blasphemum esset suspicari patrem. Pater sine fluxu genuit, Virgo incorrupta peperit. Neque enim Deus fluxum gignendo passus est; nam ut Deum decebat genuit: neque Virgo pariendo corruptioni obnoxia fuit; spiritualiter enim peperit. O novum miraculum! O venerandum et ineffabile mysterium! Dicere ausim, nec dicendo aberrabo: etiam sursum virginem naturam genuisse; pura namque et incorrupta est deitatis substantia: et in terra Virginem incorruptam peperisse incorruptum: nam *Non dabis*

¹ Isa. VII, 11.

ράν». Ὅταν ἡ φύσις τάξει βαίνῃ, τότε τὰ κατὰ φύσιν ζήτει, ἄνθρωπε· ὅταν δὲ Θεός τι προστάσῃ, τότε ἡ φύσις τὴν ἑαυτῆς ἀρνεῖται τάξιν, καὶ ἐκεῖνα πράττει, ἅπερ ὁ τοῦ Θεοῦ βούλεται νόμος. Οἶόν τι λέγω· Ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς τῇ πέτρᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐκδύσαι ὕδωρ, καὶ ἔβλυσεν, οὐχ ὃ εἶχεν ἐν κόλποις, ἀλλ' ὃ ἐναπέθετο τὸ πρόσταγμα. Ὡςπερ οὖν ἡ πέτρα νεύματι τοῦ Θεοῦ πηγὴ γέγονε, καὶ τῇ φορᾷ τῶν ὑδάτων χειμάρρους ἔτεκεν, οὐ φλεβὸς ὑποκειμένης, οὐ παρὰ ποταμοῦ δανεισαμένη, ἀλλ' ἡ ξηρὰ καὶ ἀφλεβὸς καὶ ἄνυγρος ἄφνω γέγονε ποταμῶν μήτηρ, ἀφθόνως προχέουσα ὅπερ οὐκ ἔσχεν ὕδωρ· οὕτω καὶ ἡ ἀπειρόγαμος Παρθένος τῇ ἐπισκιάσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν Κύριον ἡμῶν ἔτεκε κατὰ σάρκα, οὐ τάξει φύσεως κινήθεῖσα, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ Ὑψίστου ἐπὶ τὸ τεκεῖν ἐλθοῦσα. Οὐ γὰρ δανεισαμένη παρὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως ἔτεκεν, ἀλλὰ δυναμωθεῖσα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι οὕτως ἔτεκεν, ὥςπερ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ἠθέλησε. « Πνεῦμα γάρ, φησὶν, ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Ὑἱὸς Θεοῦ ». Εἰ δὲ θέλεις γινῶναι, πῶς ἡ φύσις ἀρνεῖται τὴν ἑαυτῆς τάξιν, ἵνα παρὰ φύσιν ὑπηρετήσῃ τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐρώτησον τὴν ῥάβδον τὴν Ἀαρών· Εἰπέ, ἡ ῥάβδος ἡ ξηρὰ, πῶς φύλλα καὶ καρπὸν ἐν ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ παρὰ φύσιν ἐβλάστησας; Οὐ τῇ γῇ Μωϋσῆς σε προέθετο, οὐκ ὕμνοις ἡρδευσεν, οὐ χρόνος τὰς ῥίζας ἔθρεψεν, οὐ θέρος εἶδες ἢ ἔαρ, οὐ

*Sanctum tuum videre corruptionem.*¹ Cum natura ordine procedit tunc quae secundum naturam sunt quaere, o homo; cum Deus quid imperat, tunc natura suum negat ordinem, illaque facit, quae Dei lex optat. Exempli causa, iussit Deus petram in deserto aquas effundere, et effudit, non quod in sinu habebat, sed quod iussio indidit. Sicut ergo petra nutu Dei fons effecta est, et aquarum torrentes peperit, non ex subiecta vena, non ex flumine mutuata; sed arida, sine vena et humore, statim fluviorum mater effecta est, quam non habebat aquam large effundens: sic nuptiarum expers Virgo, obumbrante Spiritu sancto, Dominum nostrum secundum carnem peperit, non naturae ordine mota, sed Altissimi virtute ad partum progressa. Non enim aliunde mutuata praeter naturae legem peperit, sed Spiritu sancto roborata, sic peperit, ut Dei gratia voluit. Nam ait: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur Sanctus, vocabitur Filius Dei.*² Si vis cognoscere, quomodo natura suum neget ordinem, ut praeter naturam Dei, voluntati ministret, interroga virgam Aaronis: Dic, virga arida, quomodo folia et fructum in momento praeter naturam protulisti? Non te Moyses in terra prius posuit, non imbribus irrigavit, non radices tempus

¹ Act. II, 27.

² Lc. I, 35.

χειμῶνος ἀπήλαυσας, ἢ μετοπώρου· πῶς οὖν φύλλα, καὶ ἄνθη, καὶ καρπὸν ἔδωκας; Καὶ ἡ ῥάβδος· Οὐ τροπαῖς, φησὶν, ἀέρων ἢ μεταβολαῖς καιρῶν ἐδούλευσα, ἀλλὰ τῷ θεῷ ὑπηρετησαμένη λόγῳ τὴν φύσιν ἐπάτησα, καὶ παρὰ φύσιν καρπὸν ἔδωκα, ἵνα καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν τῷ τοῦ ἀριστοτέχνου ὑπηρετήσωμεν θελήματι. Ὡσπερ οὖν ἡ ῥάβδος παρὰ φύσιν καρπὸν ἔδωκεν, ἄνθρωπε, ἵνα πιστεύσῃ ἡ Ἰουδαία· οὕτω καὶ ἡ ζῶσα ῥάβδος, ἡ βασιλικὴ Παρθένος, ἄνευ γαμικῶν νόμων ἔτεκεν, ἵνα σωθῇ ἡ οἰκουμένη.

PG
59, 711
*712

2. Εἰ δὲ λέγεις· Τί ὅμοιον ῥάβδος βλαστάνουσα πρὸς Παρθένον τίκτουσαν; μάνθανε, ὡς πάνυ τὴν ὁμοιότητα σώζει. * Ἡ γὰρ ῥάβδος τύπος ἦν τῆς Παρθένου· ἐκείνη εἰκὼν, αὕτη ἡ ἀλήθεια· καὶ τὸ προλαβὼν ὑπόδειγμα, τοῦτο ἀπόδειξις. Ὡσπερ γὰρ ἐκείνη ἡ ῥάβδος καρπὸν ἔδωκε παρὰ φύσιν, οὕτω καὶ ὧδε παρὰ φύσιν ἡ Παρθένος τὸ ἄνθος τῆς εὐσεβείας ἐδλάστησεν. « Ἐξελεύσεται γάρ, φησί, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναθήσεται ». Μὴ μάτην οὖν ὁ Παῦλος τὸν πλοῦτον τοῦ Θεοῦ θαυμάζει, τουτέστι, τὴν ἑνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ; Φεῦ τῆς ἀπιστίας τῶν αἵρετικῶν! φεῦ τούτων τῆς λύσεως καὶ θεομάχου γλώσσης! Παῦλος, ὁ τῶν οὐρανῶν πολίτης, ὁ τοῦ παραδείσου θεατῆς, ὁ τοῦ Χριστοῦ διάπυρος ἐραστής, ὁ τῶν ἀλαλήτων μυστηρίων ἀκροατής, καὶ τὴν οἰκονομίαν ζητήσας ἐφριξε καὶ ἱλιγγίασε· καὶ ὑμεῖς τὴν θεότητα διερμηνεύοντες οὐ φρίττετε; Παῦλος τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ

2040

fovīt et aluit; non aestatem, non ver vidisti, non hiemen vel autumnum: quomodo igitur folia, flores et fructum tulisti? Non conversionibus aëris, inquit virga, non mutationibus tempestatum serviui; sed divino ministrans verbo naturam calcavi, et praeter * naturam fructum dedi, ut et secundum naturam et praeter naturam optimi Artificis voluntati serviamus. Sicut ergo virga praeter naturam fructum dedit, o homo, ut Iudaea crederet, sic et virga vivens, regia Virgo, sine legalibus nuptiis peperit, ut salus pareretur orbi.

*712

PG
59, 712

2. Si dicas: Quae similitudo inter virgam germinantem et Virginem parientem? Disce multum interesse similitudinis. Virga namque figura erat Virginis; illa imago, haec veritas; illud prius indicium erat, haec demonstratio. Ut enim virga illa fructum praeter naturam dedit, sic et hic Virgo florem naturae praeter naturam germinavit. Nam ait: *Egredietur virga de radice Iesse, et flos ex ea ascendet.*¹ Non frustra igitur Paulus divitias Dei miratur, id est, carnalem Christi oeconomiam. O haereticorum incredulitatem! O rabiem et linguam Deo inimicam! Paulus caelorum civis, paradisi spectator, Christi fervens amator, ineffabilium mysteriorum auditor, ubi oeconomiam exploravit: inhorruit et caligine perfusus est; et vos divinitatem explicantem non exhorrescitis? Paulus iudicia Dei investigabilia

2040

¹ Isa. XI, 1.

ἀνεξερεύνητα λέγει· καὶ σὺ τὴν φύσιν τοῦ Πατρὸς ὡς εὐθὴρατον ἐρευνᾷς; Καὶρὸς δέ σε καλέσαι, σκυθρωπάσαντα ἐπαναστρέψαι κατὰ τῶν ὑπὸ σοῦ ἀφράστως εἰρημένων. Πῶς ἔτεκεν ἡ Παρθένος οὐκ οἶδας, καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεὸς εἰδέναι βούλει; τὴν ἐν τῇ Ἑρώδου κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ ἀγνοεῖς πῶς γέγονε, καὶ τὴν ἐκ Πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀνερμηνεύτως καὶ σεπτῶς καὶ ἀλαλήτως πρὸ πάσης ἐννοίας καὶ καιρῶν καὶ αἰώνων ἀμεσιτεύτως γεγεννημένην ἐρμηνεύειν τολμᾷς, καὶ δοκιμάζειν ἐπιχειρεῖς; Εἰ τὸ σταυρωθὲν σῶμα τοῦ Χριστοῦ Θωμᾶς ψηλαφῆσας ἀναπαίδευτος οὐκ ἔμεινε, καὶ γε ἀπόστολος ὢν· ποίας εἰσι τιμωρίας ἄξιοι οἱ μὴ χειρὶ τὸ σῶμα ψηλαφῶντες τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ τὴν αἰδίον τῆς θεότητος αὐτοῦ διερευνῶντες φύσιν; Θωμᾶς γὰρ καὶ ὁ εἶδε σῶμα, ἐψηλάφησεν· οὗτοι δὲ ἦν μὴ εἶδον θεότητα, ὡς ἐωρακότες ἐξερεύνησαν. Εἰπέ δέ, ὦ δεινὲ καὶ εὐμήχανε ῥῆτορ Εὐνόμιε, ὁ τριχῶς τὴν τῆς θεότητος διακρίνων φύσιν, ὁ μικροῦ πάλιν βραχύτερον ἀναπλάττων θεοῦς, διὰ τί κτίσμα, καὶ οὐ γέννημα τὸν Χριστὸν λέγεις; Ἴνα μὴ, φησί, ῥεύσεως ἐννοίαν τῇ ἀκτίστῳ τοῦ Θεοῦ προσψάσω φύσει· τὸν γὰρ γεννῶντα ἀνάγκη ὑπομεῖναι ῥεῦσιν. Οὐκοῦν καὶ κτίζοντα ἀκόλουθον ὑπομεῖναι πόνον. Ὁ γὰρ κτίζων, ἀκόπως οὐ κτίζει. Εἰ τοίνυν τῆς ῥεύσεως ἐννοίαν φυγῶν, τὸν Πατέρα Πατέρα εἰπεῖν παραιτεῖς, μήτε δημιουργὸν αὐτὸν εἴπῃς, ἵνα μὴ πόνων καὶ ἰδρώτων ὑπόνοιαν ἐπιρ-

dicit, et tu Patris naturam ut apprehensu facilem scrutaris? Tempus est te evocandi, ut moestus te convertas contra illa ineffabilia, quae tu dixisti. Quomodo Virgo genuerit non nosti, et vis nosse quomodo Deus genuerit? Eam quae sub Herode fuit Christi secundum carnem generationem, quomodo nempe facta sit, ignoras; et illam ex Patre sine principio, inexplicabilem, venerandam et ineffabilem, ante omnem intellectum, ante tempora et saecula, sine medio factam, interpretari audes, et explorare tentas? Si Thomas Christi corpus crucifixum tangens non sine reprehensione mansit, etsi apostolus esset, quo sunt supplicio digni, qui non manu Christi corpus tangunt, sed lingua aeternam divinitatis eius naturam scrutantur? Thomas quippe quod norat corpus tangebatur; illi quam non norant divinitatem, ac si viderent, scrutati sunt. Dic, quaeso, gravis et perite rhetor Eunomi, qui tripliciter divinitatis naturam diiudicas, qui parum abest quin deos iterum confingas, cur creatum, non genitum Christum dicis? Ne, inquit, fluxus rationem increatae Dei naturae tribuam: generantem quippe necesse est fluxum subire. Ergo etiam creantem necesse est subire laborem. Nam qui creat, non sine labore creat? Si ergo ut fluxus rationem devites, Patrem dicere recusas, ne Creatorem dicas, ut ne laborum et sudorum suspicionem iniicias. Sed

ρίψης. Ἄλλ' οὐχ οἶαν, φησί, δόξαν περὶ ἀνθρώπων ἔχομεν, τοιαύτην καὶ περὶ Θεοῦ ἐκλαμβάνειν ὀφείλομεν. Ἄνθρωποι γὰρ κτίζοντες, πόνῳ καὶ ἰδρῶτι κτίζουσι. Θεὸς δὲ κτίζων, ἀπόνως κτίζει· ἀσύνθετος γὰρ ἐστὶ τὴν φύσιν. Ἐπεὶ οὖν, ὃ σοφὲ καὶ ἐπιστήμων, ὁ κτίζων Θεὸς κτίζει ἀπόνως, ἀρρέυστως γεννᾷν οὐ δύναται; ἀλλ' ὅτε μὲν κτίζει, ἀπόνως ὁ Θεὸς κτίζει, ὅτε δὲ γεννᾷ, ὡς ἄνθρωπος ὑπομένει ῥέουσιν; καὶ δημιουργῶν μὲν ἀπαθὴς μένει, γεννῶν δὲ ἀνθρωπίνῳ περιπίπτει πάθει; Φρίττω, καὶ δεδιῶ, καὶ τρέμω τὴν βλάσφημον, τὴν ἀθύρωτον, τὴν ἀχαλίνωτον τῶν αἰρετικῶν γλῶτταν, ἐννοῶν, ὅτι ἀφθάρτως ἡ Παρθένος ἔτεκε, πιστεύουσι, καὶ ὅτι Θεὸς ἀρρέυστως ἐγέννησεν, ἀμφιβάλλουσιν. Ἡ ἀφθορος τῆς Παρθένου μήτρα καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν ἄλυστος ἔμεινεν, ἄνθρωπε, καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς φύσις ἐν τῷ γεννᾷν τὴν ῥεῦσιν οὐ διέφυγεν; Ἄλλ' ἡ Παρθένος καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένος ἔμεινεν, ἐκ τοῦ τεκεῖν μὴ ζημιωθείσα τὴν παρθενίαν· καὶ ὁ Πατὴρ μετὰ τὸ γεννηθῆαι ὁ αὐτὸς μεῖναι οὐκ ἡδύνατο, ἀρρέευστου καὶ ἀναλλοιώτου τῆς οὐσίας μενούσης; Καὶ ὅπου μὲν ὄγκος σώματος, μελῶν ἁρμονία, ὁστέων σύνθεσις, νευρῶν τάξις, φλεβῶν πλήθη, ἄρθρων δεσμοί, τὸ βρέφος ἐξῆλθεν ὡς οἶδε, καὶ ἐν τῇ παρθενικῇ ἀπορρήτως ἑαυτὸν ὑφάνας γαστρί· ὅπου δὲ οὐ σῶμα, οὐ μέλος, οὐκ ἄρθρα, οὐ νεῦρα, οὐκ ὁστέα, οὐ φλέβες, ἀλλ' ἀναφῆς καὶ ἀσώματος καὶ ἀόρατος φύσις, ῥεῦσιν εἰσάγεις καὶ μέλῳσιν νοεῖς; Καὶ προῆλθεν ἐκ μήτρας, καὶ

non eamdem, inquit, quam de hominibus habemus sententiam, de Deo debemus habere. Homines quippe cum creant, cum labore et sudore creant; Deus vero creans, sine labore creat: natura quippe incompositus est. Quia igitur, o sophista et erudite, Deus creans, sine labore creat, non potest vero sine fluxu gignere, sed quando creat, ut Deus, sine labore creat? Quando autem gignit, ut homo fluxum patitur? Et creans sine passione creat, gignens vero in passionem incidit humanam? Exhorresco, timeo, tremo, blasphemam, impudentem, et effrenem haereticorum linguam, dum cogito, illos credere quidem Virginem sine corruptione peperisse, sed num Deus sine fluxu genuerit dubitare. Incorrupta Virginis vulva post partum integra mansit, o homo, et Patris natura gignens, fluxum non effugit? Sed Virgo post partum virgo mansit, nec ex partu virginitatem perdidit; Pater vero postquam genuit, idem manere non potuit, ita ut eius substantia sine fluxu et mutatione manserit? Et ubi corporis moles, membrorum harmonia, ossium compago, nervorum ordo, venarum plenitudo, articulorum vincula sunt, infans ut ipse novit exiit, in virginea vulva sese ineffabili modo efformans; ubi vero non corpus, non membrum, non articuli, non nervi, non ossa, non venae sunt, sed intacta, incorporea, invisibilis natura, fluxum inducis, et imminutionem cogitas? Exiit ex vulva, et integra vulva mansit. Nam qui sine

ἄλυτος ἔμεινεν ἡ μήτρα. Ὁ γὰρ ἄνευ σπέρματος ἐν τῇ Παρθένῳ ἐμψυχώσας ἑαυτῷ ναόν, αὐτὸς καὶ ἄλυτον διετήρησε τὴν μήτραν, ὡς Θεός. Τὰ γὰρ ἔργα τοῦ Θεοῦ οὐ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων δουλεύει, ἀλλὰ τῇ κελεύσει τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐξακολουθεῖ. Ποτὲ μὲν γὰρ ὁ Θεὸς κατὰ φύσιν κτίζει, ἵνα γνῶς τῆς φύσεως τὴν εὐταξίαν· ποτὲ δὲ παρὰ φύσιν δημιουργεῖ, ἵνα μάθῃς τοῦ ἐνεργοῦντος τὴν δύναμιν. Οὐτε γὰρ πάντα κατὰ φύσιν γίνεται, ἵνα μὴ θεολογηθῇ ἡ φύσις, οὔτε πάντα παρὰ φύσιν, ἵνα μὴ ἀταξία τῆς φύσεως νομισθῇ τὰ παρὰ φύσιν πραττόμενα. Πλάττει δὲ Θεὸς κατὰ φύσιν, δημιουργεῖ καὶ παρὰ φύσιν, ἵνα μάθῃς ὡς ἡ φύσις θεραπευνίδος * τάξιν ἐπέχουσα κατὰ φύσιν κινεῖται, καὶ παρὰ φύσιν τρέχει, πρόσταγμα πληροῦσα Θεοῦ. *713

- 2041 3. Εἰπέ δέ, ὁ ζητῶν, πῶς ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς ἀλύτου μήτρας προσελθὼν οὐκ ἠφάνισε τὴν σφραγίδα τῆς παρθενίας, πῶς ἐκ τοῦ παρθενικοῦ Ἀδάμ ἡ παρθένος Εὐα προῆλθε. Ἡ Θεοτόκος γὰρ Μαρία μὴ γνοῦσα ἄνδρα, ἄνδρα ἔτεκεν, ὁ πρωτόπλαστος Ἀδὰμ μὴ γνοὺς γυναῖκα, γυναῖκα ἐδλάσθησεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν παρθένον γεννῆσαι, εἰ καὶ παράδοξον, ἀλλ' ὅμως ἔχεται λόγου, καθ' ὃ γαστήρ καὶ μήτρα καὶ φυσικὴ τοῖς τικτομένοις προτετύπεται ὁδός· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀδάμ πάντα ξένα. Τίς γὰρ εἶδεν ἀπὸ πλευρᾶς τικτόμενον ἄνθρωπον; πότε δὲ πλευρὰ συνεισήνεγκε καρποφορίαν; Ὑπνον ἐπέβαλε τῷ Ἀδάμ ὁ Θεός, ἵνα μὴ λυπηθῇ διὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς, ἀλλ' ὅμως ὑπνωσεν

PG
59, 713

semine in Virgine animatum sibi templum fecit, ipse * intemeratam vulvam servavit ut Deus. Opera quippe Dei non naturae rerum serviunt, sed Dei Verbi iussum sequuntur. Aliquando enim Deus secundum naturam creat, ut naturae ordinem cognoscas; aliquando autem praeter naturam creat, ut discas operantis potentiam. Neque enim omnia secundum naturam fiunt, ne natura Deus esse dicatur: neque omnia praeter naturam, ne putentur naturae confusionem esse ea, quae praeter naturam fiunt? Efformat Deus secundum naturam, et creat etiam praeter naturam, ut discas naturam ancillae more, et secundum naturam moveri, et praeter naturam currere, Dei iussum implentem. *713

- 2041 3. Dic vero tu, qui quaestionem moves, quomodo Christus ex intemerata vulva prodiens, virginitatis signaculum non delevit, quomodo ex virgineo Adamo virgo Eva prodiit? Nam Deipara Maria, quae virum non noverat, virum peperit; primus homo Adam, qui mulierem non noverat, mulierem germinavit. At virginem gignere, licet res stupenda sit, aliquid tamen rationis habet, in quantum venter, vulva, et naturalis infantibus via iam efformata est; sed in Adamo stupenda omnia sunt. Quis enim vidit ex costa natum hominem? Quandonam costa fructum tulit? Somnum immisit Deus Adamo, ne de sublata costa doleret, verum eius vincula consopivit: vincula

PG
59, 713

αὐτοῦ τὰ δεσμά· δεσμά γὰρ εἰσι τῆς φύσεως τὰ νεῦρα. Καὶ μάρτυς Δανιὴλ λέγων· «Καὶ εἶδον τὴν ὀπτασίαν, καὶ ἔπεσα· καὶ οἱ σύνδεσμοί μοι τῆς ὀσφύος διελύθησαν». Πλευρὰν οὖν νόμῳ φύσεως ἡσφαλισμένην, δεσμοῖς νεύρων συμπεπλεγμένην, σαρκὶν ὑφασμένην, φλεψὶν ἡνωμένην πῶς ἐξεῖλε; πῶς ἀπέσπασε; πῶς καὶ ἡ πλευρὰ ἐξῆλθε, καὶ ὁ Ἀδάμ σῶος ἔμεινε; Πῶς; Ὁ λύσας οἶδεν· ὁ λύσας καὶ ἔδρασε. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος ὁ δῆσας, καὶ ἄλλος ὁ λύσας, ζήτημα ἦν· εἰ δὲ ὁ ἀρμόσας ἔλυσε, καὶ ὁ πλευρὰν ἐκ γῆς πλάσας, τὴν πλευρὰν ἀφείλατο, ἐκεῖνος μόνος οἶδε, πῶς ἔλυσε, ὁ καὶ μόνος ἐπιστάμενος, πῶς τὴν τῶν μελῶν ἀρμονίαν συνέθηκεν. Ὡςπερ οὖν καὶ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς σῶος ἔμεινε ὁ Ἀδάμ, οὕτω καὶ μετὰ τὴν πρόοδον τοῦ βρέφους ἀφθορος ἔμεινε ἡ Παρθένος. Οὔτε γὰρ ἡ τῶν τοῦ Ἀδάμ ἐδῶλθε ἀρμονία, ληφθείσης τῆς πλευρᾶς, οὔτε τῆς παρθενίας ὑβρίσθη ἡ σφραγίς, προελθόντος τοῦ βρέφους. Καθάπερ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἑάν τις ἀλλότριον δεσμὸν λύσαι θελήσῃ, ἀφανίζει αὐτόν, καὶ συγκόπτει δι' ἀπειρίαν, ὁ δὲ δῆσας ἀκόπως λύει (οἶδε γὰρ ὧν ἔδρασε τὴν ἀρμονίαν)· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ὁ ἀρμόσας, ὁ συσφίγξας, ὁ κομδῶσας τὸ σῶμα, καὶ τοὺς συνδέσμους τῶν νεύρων ἥδει, καὶ πῶς συνῆψε πλευρὰν πρὸς πλευρὰν, καὶ ἄρθρον, καὶ μέλος· καὶ ἐξ ὧν παρέδρασε, ἐπιστημόνως καὶ πανσόφως ἐπῆρε πλευρὰν, καὶ οὐκ ἐμείωσε τὸν Ἀδάμ. Ἐπλασεν αὐτὸν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Παρθένῳ, καὶ οὔτε τὴν παρθενίαν

quippe sunt naturae, nervi. Cuius rei testis est Daniel dicens: *Et vidi visionem et cecidi, et vincula lumborum meorum soluta sunt.*¹ Costam ergo lege naturae firmatam, nervorum vinculis connexam, carnibus contextam, venis coniunctam, quomodo abstulit? Quomodo avulsit? Quomodo sublata costa Adam incolumis mansit? Quomodo? Qui solvit ipse novit; qui solvit ipse colligavit. Etenim si alius ligasset, alius solvisset, hinc quaestio oriretur: sed si is, qui concinnaverat, ipse solvit; si is, qui costam ex terra formaverat, costam abstulit: ipse solus novit quomodo solverit, qui solus novit quomodo membrorum harmoniam composuerit. Ut ergo post sublatam costam incolumis mansit Adam, sic post infantis exitum incorrupta mansit Virgo. Neque enim post sublatam costam harmonia membrorum Adami laesa est, neque exeunte infante virginitatis signaculum temeratum est. Quemadmodum enim apud nos si quis alienum vinculum solvere velit, ipsum destruit et abscindit ob imperitiam; qui vero ligavit, sine labore solvit; harmoniam quippe ligaminis novit: sic Deus qui corpus concinnavit, constrinxit et perfecit, et nervorum vincula noverat, et quomodo costam cum costa copulasset, et articulum et membrum, et ex iis quae colligaverat scite et sapienter costam abstulit, nec Adamum imminuit. Seipsum efformavit unigenitus Dei Filius in Virgine, neque efformando virginita-

¹ Dan. X, 9; 16.

πλάττων διέλυσεν, οὔτε διὰ τῆς μήτρας προελθὼν τὴν μήτραν διέφθειρεν. Εἰπέ οὖν, ὦ σοφὲ καὶ ἐπιστήμων, τί εὐκοπώτερόν ἐστι, παρθένον τεκεῖν, καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένον πάλιν μεῖναι· ἢ ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι, καὶ ἀπὸ ζώου πάλιν ῥάβδον γενέσθαι; Πῶς ἡ ῥάβδος Μωϋσέως εἰς δράκοντα μετεδλήθη; πῶς τὸ ἄψυχον ψυχὴν ἔλαβε; πῶς τὸ ἀκίνητον ἐπὶ γῆς εἴρπε; πῶς δὲ πάλιν ἀπὸ δράκοντος ῥάβδος γέγονε, τὴν οἰκείαν ἐπιγνούς φύσιν; Ποτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ ῥάβδου δράκων, ποτὲ δὲ ἀπὸ δράκοντος ῥάβδος ἐγένετο. "Ὡσπερ οὖν ἡ Μωϋσέως ῥάβδος, ἄνθρωπε, κατὰ φύσιν μὲν ἦν ῥάβδος, κατ' οἰκονομίαν δὲ δράκων. * οὕτω καὶ ἡ Μαρία κατὰ φύσιν μὲν ἦν παρθένος, *714 κατ' οἰκονομίαν δὲ μήτηρ ἐγένετο, ἵνα πιστεύσωσι τῶν Χαλδαίων οἱ μάγοι, καθάπερ, ἵνα φοβηθῇ Αἴγυπτος, ἡ ῥάβδος δράκων ἐγένετο. Τοιγαροῦν ἵνα σωθῇ ἡ οἰκουμένη, οὐκ ἤθελες σὺ τὴν Παρθένον φανῆναι; Εἴτα δὲ σεισμῶν γινομένων διαιροῦνται τοῖχοι καὶ συνάπτονται. Χριστοῦ δὲ τικτομένου οὐκ ἠνοίγετο μήτρα, καὶ πάλιν ὑφαίνεται; Καὶ ἐν σειμοῖς μὲν οὕτω διαιροῦνται τοῖχοι, ὥς καὶ θάνατον ἀπειλεῖν· οὕτω δὲ ἐνοῦνται, ὥς μηδὲ σχῆμα ἢ ἔχνος φαίνεσθαι τῆς διαιρέσεως· ἐπὶ δὲ τῆς ἀφθάρτου ἐκείνης γεννήσεως οὐκ ἤθελες λυθῆναι μὲν τὴν μήτραν πρὸς τιμὴν τοῦ τικτομένου, συνελθεῖν δὲ καὶ ἐνωθῆναι καὶ τὸ τῆς παρθενίας ἀπολαβεῖν σχῆμα δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος; Καὶ μὴ μοι λέγε· Πόθεν ὑπέστη σὰρξ καὶ αἷμα, σπέρματος μὴ ὑποκειμένου; "Ἔστι γὰρ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς μαθεῖν τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς. Καὶ κάλει μοι εἰς εἰκόνας

tem solvit, neque per vulvam exiens vulvam corrumpit. Dic ergo, o sophista et erudite, quid facilius est, virginem parere, et post partum virginem manere, aut virgam ad vitam vocari, et ex animali rursum virgam fieri? Quomodo * virga Moysis in draconem mutata fuit? *714 Quomodo inanimatum animam accepit? Quomodo res immobilis in terra repsit? Quomodo rursum ex serpente virga facta est, quae suam agnovit naturam? Modo namque ex virga draco, modo ex dracone virga effecta est. Ut ergo virga Moysis, o homo, secundum naturam virga, secundum oeconomiam draco fuit: sic et Maria secundum naturam virgo, secundum oeconomiam mater facta est, ut Chaldaeorum magi crederent, quemadmodum, ut timeret Aegyptus, virga in draconem mutata est. An tu nolis Virginem apparere ad mundi salutem? Utique in terrae motibus muri scinduntur et coniunguntur, et Christo nascente non aperietur vulva, et rursus claudetur? In terrae motibus ita scinduntur muri, ut mortis periculum inferant; et ita denuo iunguntur, ut ne vestigium quidem scissionis maneat: et in partu illo incorrupto nolles vulvam illam solvi in honorem infantis, et denuo iungi et copulari, ac virginitatis formam recipere per virtutem operantis? Nec mihi dicas: Unde substitit caro et sanguis non subiecto semine? Nam ex iis, quae apud nos fiunt, possumus id,

τῶν λεγομένων τοὺς τῶν ζωγράφων παῖδας, οἳ πολλάκις καὶ φυτὰ καὶ δένδρα καὶ λειμῶνας καὶ ποταμοὺς ζωγραφοῦσιν, καὶ ἐπειδὴν δὴ τὴν φύσιν συνεργοῦσαν οὐκ ἔχουσι, τέχνην βιάζονται τῇ κράσει τῶν χρωμάτων τὰς τῶν πραγμάτων παριστᾶν εἰκόνας. Ποιοῦσι γὰρ ποταμόν, παρὰ ποταμῶν μὴ δανειζόμενοι ῥεῖθρον· ποιοῦσιν ἄνθρωπον, μὴδὲν παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐρανιζόμενοι φύσεως. Ὡς περ οὖν οἱ ζωγράφοι διὰ τῶν χρωμάτων καὶ ἄνθρωπον καὶ πηγὴν καὶ ποταμόν ζωγραφοῦσι, μὴδὲν παρὰ πηγῆς ἢ ποταμοῦ ἢ ἀνθρώπου λαμβάνοντες· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ Παρθένῳ οὐ χρώμασιν, ἀλλὰ βουλῇ ἐμψυχον κατεσκεύασεν ἄνθρωπον, παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μὴ ἐρανισάμενος σπέρμα εἰς σύστασιν τοῦ πλαττομένου. Ὁ Θεὸς οὖν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις (ἀσύνητος γὰρ τῆς θεότητος ἡ φύσις) τὸν Ἀδὰμ ἐμόρφωσεν ὡς ἡθέλησε· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ οὖν ἔλαθεν, οὐ φυσικῶς νόμῳ καταβληθῆναι σπέρμα συνεχώρησεν, ἀλλὰ μόνον ἐπέλαμψε, καὶ ὁστέα ἔπηξε, καὶ νεῦρα ἔτεινε, καὶ ῥῖνα καὶ ὄτα, ὀφθαλμούς τε καὶ γλῶτταν, χεῖρας καὶ πόδας, ψυχὴν καὶ νοῦν καὶ λογισμὸν καὶ λόγον συνεστήσατο, καὶ μὴ βούλωνται οἱ αἰρετικῶν παῖδες. Ὡς περ γὰρ οἱ ἐν κατόπτρῳ ἐγκύπτοντες εἰκόνα ἀντεγειρομένην αὐτῶν ὁρῶσι τῇ ὕψει ἐκ τῆς ἀμόρφου ὕλης, εἰκόνα γελῶσαν πολλάκις, καὶ κλαίουσαν, κινουμένην τε καὶ πολυτρόπως μετερχομένην, καὶ τῆς ζώσης μορφῆς τὰ σχήματα μιμουμένην· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν καθαρῷ κατόπτρῳ, τῷ ἀσπίλῳ

quod supra nos est, ediscere. Et evoca mihi ad exemplum pictores, qui saepe plantas, arbores, prata, fluvios depingunt; et cum naturam sibi opitulantem non habent, arte conantur per colorum mixtiones rerum imagines offerre. Fluvium enim repraesentant, nihil a fluminum alveo mutuati: hominem faciunt, natura humana nihil sibi commodante. Quemadmodum ergo pictores colorum ope hominem, fontem, fluvium depingunt, cum nihil a fonte, fluvio vel homine acceperint: sic et Spiritus sanctus in Virgine non coloribus, sed voluntate animatum efformavit hominem, nullumque mutuatus est ab humana natura semen ad alius constitutionem. Deus accepto pulvere de terra non humanis manibus (incomposita quippe est deitatis natura) Adamum ut voluit efformavit: Spiritus vero sanctus non pulverem accepit, non humana lege semen iniici concessit, sed solum illuxit, ossa compegit, nervos tetendit, nares, aures, oculos, linguam, manus, pedes, animam, mentem, cogitationem, rationem constituit; etsi id haeretici minime velint. Ut enim ii, qui in speculo respiciunt, imaginem sui oppositam oculis vident, ex informi materia paratam, imaginem saepe ridentem, flentem, commotam, varios subeuntem modos, ac viventis formae habitus imitantem: sic et Spiritus sanctus

σώματι τῆς Παρθένου ἔλαμψε, τέλειον ἐδημιούργησεν ἄνθρωπον οὐ νόμῳ φύσεως, οὐ χρόνῳ, οὐκ ἀνθρωπίνῳ σπέρματι, ἀλλ' ὅψει μόνον, νοεῖν τε καὶ ἀγία δύναμει πρὸς ὠδίναν τὴν Παρθένον ἐκίνησεν, ἀποβρέχτης ἐν αὐτῇ τὸ βρέφος ὑφάναν, ὡς ἱμάτιον, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων.

IN ANNUNTIATIONEM S. DEIPARAE ¹

2042

Βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἑορτάσωμεν σήμερον· ἡ σύμπασα κτίσις ἀγάλλεται συναχθεῖσα. Οὐρανὸς δὲ ἀστέρων ἐχειραγῶγει τοὺς εἰς τὴν πανηγυριν σπεύδοντας· γῆ διὰ τῶν ποιμένων εἰς τὴν προσκύνησιν ἔτρεχεν· Ἡσαΐας γοργῶ προφητείας τῷ βήματι ἐδάδιζεν, ἵνα ὑποδείξῃ τῇ πανηγύρει τὴν παρθένον· Ἰερεμίας παραιτούμενος, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Δεσπότην ὑποδεικνύων αὐτῆς τῆς πανηγύρεως λέγων· «Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν». Ζαχαρίας χαρὰν φέρων τοῖς πανηγυρισταῖς κατέτρεχε. Δεσποτικῆς παρουσίας ἐμφανίζων τὸ πρόσταγμα· «Χαῖρε, λέγων, θύγατερ Σιών· ἰδοὺ γὰρ ὁ βασιλεὺς σου ἔρχεται σοι πρῶτος, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον». Μαρία καὶ Ἰωσήφ, ἐν τῇ φάτνῃ προθήκῃ πολυτίμητον μαργαρίτην προέθηκαν· οἱ μάγοι ἰδόντες καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς φύσεως, τοῦτον τῷ Ἡρώδῃ ὡς ἄξιον βασιλέα ἐμήνυσαν. Ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ δόλῳ κρύψας θανατηφόρον προσκύνη-

PG
60, 755

in puro speculo, immaculato nempe Virginis corpore illuxit, perfectumque creavit hominem, non lege naturae, non tempore, non humano semine usus, sed solo aspectu, ac spirituali sanctaque virtute, Virginem ad partum movit, ineffabilique modo infantem in illa contexuit ut vestimentum, ad salutem hominum.

2042

Regiorum mysteriorum festum celebremus hodie: omnis creatura congregata exsultat. Caelum stellarum ministerio ducebat eos, qui ad celebritatem festinabant; terra per pastores ad adorationem currebat: Isaias vivido prophetiae gressu incedebat, ut coetui virginem ostenderet; Ieremias renuens, attamen gradiebatur, ipsum coetus Dominum ostendens, ac dicens: *Hic Deus noster*.² Zacharias gaudium coetui afferens accurrebat, Dominici adventus mandatum revelans ac dicens: *Gaude, filia Sion; ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, insidens super subiugalem et pullum iuvenem*.³ Maria et Ioseph in praesaepio pretiosissimam margaritam posuere: ac magi videntes ac stupentes ob naturae pulchritudinem, hunc Herodi ut dignum regem indicaverunt. Hoc ille audito, per dolum obtendens mortife-

PG
60, 755

¹ De Homilia hac discrepant viri docti. Attribuitur Proclo, Anonymo saec. v vel vi; aut agitur de portione alicuius longioris Homiliae (cf. RPhTh, 544).

² Baruch III, 36.

³ Zach. IX, 9.

σιν, τοῦ ἰδεῖν τὸν μαργαρίτην ἐσπούδασεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνάξιος ἦν, τοῦ πο-
 *756 θουμένου ἀπέτυχεν· ἀκχεῖνος ὡς ἐμπαιχθεὶς, ἐσκέπτετο * τί πράξει. Ἄγγε-
 λοι δὲ ἄσωμάτων φύσεων ἐν τῇ πανηγύρει χορεύοντες ἔλεγον· «Δόξα ἐν ὑψί-
 στοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνῃ». Ὡ τοῦ ξένου καὶ παραδόξου θαύματος! πᾶ-
 σαν γλῶτταν νικᾷ τῆς ἐορτῆς ἡ ὑπόθεσις τοῦ εἰπεῖν τὰ τῆς Μαρίας ἐγκώμια,
 πρὸς ἣν ἀποσταλεὶς ὁ ἄγγελος ἐβόα· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ
 σοῦ». Ἡ δὲ διαναστᾷσα, πλαγίῳ τῷ ὀφθαλμῷ τὸν λέγοντα ἐπεσκόπευσε·
 καὶ ἐπὶ μὲν τῇ θεᾷ τῆς ὀψεως ἐξενίζετο, τοὺς δὲ λόγους ἐν τῇ ἑαυτῆς διανοίᾳ
 ἐστάθμιζε, ποταπὸς εἴη ὁ ἄσπασμὸς οὗτος, λέγουσα· Ὡ ξέने, ξένη φωνῇ
 ξενίζεις φθεγγόμενος. Ἡ ἀγνοεῖς τὴν τῶν προσαγορευόντων συνήθειαν, ἥ
 δοκιμάξεις με, εἰ εὐάλωτος τυγχάνω; Τὸ μὲν «Χαῖρε», πάντων τῶν προσαγο-
 ρευόντων κοινόν· τὸ δὲ «Κεχαριτωμένη», ξένον, μάλιστα ταῖς ἐπαγγελλομέναις
 θεοσέδειαν ἐν σεμνότητι βίου. Ὅθεν αὐστηρῶ τῷ προσώπῳ καὶ ὀργίλῳ τῷ
 βλέμματι ἐπαπειλησαμένη, ἐδίωξε τὸν εἰπόντα· Ἄπιθι, ἄπιθι, ἄνθρωπε, ἐκ
 προθύρων ἐμῶν· ἐκ προοιμίων ἐλήλυθας· οὐκ ἀρέσκεις μοι νομίζων. Σულ-
 γωγῆσαι με θέλεις, ὡς Εὐὰν τὴν ἐκ γένους μητέρα· οὐ νικήσεις κάλλος ἐμῆς
 *757 ὀψεως, οὐ συνείδησιν, ἣν ἔχω πρὸς πένητα μνηστῆρα * ἐμόν. Πρὸ τοῦ ἐλ-
 θεῖν ὁ γέρων, τοῦ οἴκου μου ἀπόδραθι· κατάλιπε τὰ ἐνταῦθα, μὴ αἰτιάσηταί

ram adorationem, margaritam videre festinabat: sed quia indignus
 erat, optatum non assequutus est; et quasi illusus, quid acturus esset
 meditabatur. Angeli vero incorporeae naturae in celebritate illa cho-
 reas agentes dicebant: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax*.¹ O no-
 *756 vum et stupendum miraculum! Omnem * linguam superat festivitatis
 argumentum, ut vix Mariae laudes enarrare possit: ad quam missus
 angelus clamabat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*.² Illa vero con-
 citata, torvo oculo dicentem aspexit; et de visione obstupefacta,
 verba illa mente ponderabat, qualis nempe esset ista salutatio, di-
 cens: O peregrine, peregrina me voce alloquens obstupefacis. An
 ignoras salutantium consuetudinem? Num me tentas an captu facilis
 sim? Illuc quidem, *Ave*, salutantibus omnibus commune est; illud
 vero, *Gratia plena*, extraneum, iis maxime quae cum pietate castita-
 tem profitentur. Quamobrem austero vultu et irato obtutu, cum mi-
 nis, loquentem repudiavit: Discede, discede, o homo, ex liminibus meis:
 siccine veniens orsus es? Non places mihi, etsi secus existimes. Me
 decipere vis, ut Evam generis matrem: non vinces vultus mei pulchri-
 tudinem, neque internum affectum, quem erga sponsum meum pau-
 perem habeo. Antequam senex veniat, aufuge a domo mea: hinc

¹ Lc. II, 14.

² Lc. I, 28.

σε ὁ πρεσβύτερος· ζηλότυπος γὰρ ἐστίν. Ἄναχωρεῖν συμφέρει σοι· ἐὰν γὰρ ἴδῃ σε λαλοῦντα, καὶ ἐπαγγελλόμενόν μοι τὰ τοιαῦτα, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἀχώρητα, καὶ σεαυτῷ προξενήσεις θλίψιν, καὶ ἐμοὶ πένθος καὶ δάκρυα. Ὁ δὲ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἀπαιτιήτως ἐφθέγγετο. Θεωρήσασα δὲ ἡ παρθένος τὴν ἐπιμονὴν τοῦ παρόντος, παρεφύπλωσε τὴν ἀκοήν, ἀκριδέστερον βουλομένη μαθεῖν τοῦ εἰπόντος τὴν σπουδὴν, καὶ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἀκούσασα, μετὰ ταῦτα ἐξεδέχετο. Ὁ δὲ ἐπάγει· «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Μόνον δὲ ἤκουσεν ἡ παρθένος τὸ «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», καὶ ἐσώτερον ἐκάλει τὸ τάχος τὸν εἰπόντα. Τὸν Κύριον, φησὶν, ἐνῆνοχας μετὰ σεαυτοῦ, ἐσώτερον εἰσελθε, καὶ δι' ὃ παραγέγονας, τὸ τάχος διήγησαι. Καὶ ὁ ἄγγελος· «Ἴδου συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξεις υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· οὗτος ἔσται μέγας», Θεὸς ἰσχυρός, ἀρχὸν εἰρήνης, ἐξουσιαστής, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ ἡ παρθένος· Οὐπω οἱ γάμοι, οὐπω ὁ νυμφών· καὶ ἤδη ὁ τοκετός; Οὐκ ἔχεις, τί πράξεις. Εἰ χρήζεις τινὸς ὡς ξένος, λαθὼν πορεύου, καὶ μὴ ἀκαίρως ὃ οὐκ οἶδας προφήτευσέ. Ὅμως εἰ καὶ συλλήψομαι υἱόν, πάντως ἐκ τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ ὁ ἄγγελος· Μὴ ἀπατῶ· «Οὗτος ἔσται μέγας». Καὶ ἡ παρθένος· Ποῖος μέγας; ὁ μνήστωρ μου πένης ὑπάρχει, καὶ γὰρ λίαν πτωχὴ· κτήματα οὐχ ὑπάρχει μοι, χρημάτων ὑστερούμεθα, τῷ γένει οὐκ εὖσημοι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς ἀπογραφὴν ἐλκόμεθα. Πάντως ὁ συντελεστής συντελέσει τὰ δίδραχμα· καὶ λέγεις· Ἔσται μέγας; Παῦσαι, παῦσαι τοιαῦτα ὑπισχνού-

abscede, ne te senex ille carpat: zelotypus enim est. Expedit tibi ut abscedas: nam si te loquentem, mihique talia quae naturam humanam superent pollicentem *deprehendat, et tibi malum et mihi luctum lacrymasque conciliabis. Ille vero his non obtemperans, illud *Ave, gratia plena*, proferebat. Conspecta Virgo eius perseverantia, aurem praebuit, ut accuratius dicentis scopum edisceret: atque illud, *Ave, gratia plena*, postea accepit admisitque. Ille vero pergit *Dominus tecum*. Ut autem audivit Virgo illud, *Dominus tecum*, loquentem statim intus advocavit. Dominum, inquit, tecum affers, intus ingredi, et cur veneris cito narra. Tum angelus: *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Emmanuel: hic erit magnus*,¹ Deus fortis, princeps pacis, potens, pater futuri saeculi. Ad haec Virgo: Nondum nuptiae sunt, nondum nuptialis thalamus, et iam partus? Quid facias non habes. Si utpote peregrinus aliquo indigens, accipe et vade, et ne intempestive quae nescis vaticineris. Attamen si concipiam, ex Iosepho utique. Tum angelus: Non te decipio: *Hic erit magnus*. Reponit Virgo: Quomodo magnus? Sponsus meus pauper est, et ego admodum inops: possessiones non sunt mihi, pecuniis caremus, genere conspicui non sumus, et postea ad censum trahimur. Di-drachma solvet, et dicis: Erit magnus? Desiste, desiste a talibus pro-

*757

¹ Lc. I, 31-32.

μενος. Καὶ ὁ ἄγγελος· Οὐ πιστεύεις τῷ ἡττονι; τὸ μεῖζον, καὶ μὴ θέλῃς, κατὰδεξαι· «Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται». Καὶ ἡ παρθένος· Ἄρτι τοῦ οἴκου μου ἐξελθε, μὴ ἀκούσῃ ὁ Ἰωσήφ, καὶ ἀναγγελῇ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ὁ στερισκόμενος συζυγίας σκεπάρνῳ ἀποτέμῃ τὸν τράχηλόν σου, ἐπειδὴ ἐγγὺς μοι λαλεῖς καὶ ἐν προθύροις κέλλῃς ἐμῇς. Ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον ἐπαγγέλλῃ μοι φέρειν; καὶ ποία φύσις ἐν οὐρανῷ ἐπιθυμητικὴ γάμου ἐστί; Πάντα τὰ ἐπουράνια πνεύματα, ἀσώματα ὑπάρχει· πῶς οὖν τὰ ἀσώματα μιγήσεται σώμασι; Καὶ ὁ ἄγγελος· Ἐκ σώματος καὶ ἀσωμάτου Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ ἡ παρθένος· Πόθεν οὖν ἔξει πατέρα, ὡς λέγεις, ὁ ἐξ ἐμοῦ μέλλων τίκτεσθαι; Καὶ ὁ ἄγγελος· Τοῦτο γάρ ἐστι, παρθένε, τὸ λίαν παράδοξον, ὅτι ἄνδρα οὐ γνώσῃ, καὶ τέξῃ ὃν λέγω σοι, καὶ ὁρφανὸς ὁ παῖς οὐχ εὐρεθήσεται· καὶ ἐκ μήτρας σῆς ἐξελεύσεται, καὶ τὸν πυλῶνα οὐ παραθλίψει, καὶ τὸ εἶναι παρθένος οὐκ ἀπολέσεις, καὶ θηλάσεις τὸ ἐκ σοῦ γεννώμενον, καὶ ἐν ἀγκάλαις βασιτάσεις τὸ βρέφος, καὶ ἐπὶ τῶν Χερουδὶμ αὐτὸν καθεζόμενον βλέψῃ. Τούτῳ ἐκ σοῦ γεννωμένῳ «Δώσει Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος». Καὶ ἡ παρθένος· Ὡς οὐ θέλεις, λαλῶν πέπτωκας. Τὸ σὸν στόμα σου κατηγορεῖ, καὶ τὰ χεῖλη σου γεγένηταί σοι ἔλεγχος· πρὸ βραχέος γὰρ ἔλεγες· «Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται ὁ γεννώμενος»· καὶ ἄρτι λέγεις· Υἱὸς Δαυὶδ· τίς ὁ λόγος οὗτος; Ὅταν θέλῃς, τὴν ἐμὴν διάνοιαν εἰς οὐρανοὺς

missis. Ait angelus: Id quod minus est non credis? Id quod maius est velis nolis accipe: *Filius Altissimi vocabitur*. Tum Virgo: Iam hinc abscede, ne audiat Ioseph et sacerdotibus nuntiet, et qui coniugio privatur, securi tibi collum abscindat, quia prope me alloqueris et in foribus cellae meae. Ex caelo mihi sponsum polliceris? Ecqua natura in caelo coniugium expetit? Caelestes omnes spiritus incorporei sunt: quomodo igitur incorporea corporeis miscebuntur? Tum angelus: Ex corpore et incorporeo Filius Altissimi vocabitur. At Virgo: Unde patrem habebit is quem dicis ex me nasciturum? Respondet angelus: Hoc enim est, o Virgo, admodum mirabile, quia virum non cognoscēs, et illum quem dico tibi paries, ac puer ille pupillus non reperietur. Ex utero tuo egredietur, et ostium non laedet, nec virginitatem amittes, et natum lactabis, infantem in ulnis feres, ipsumque supra Cherubim sedentem videbis. Huic ex te nato *Dabit Dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis*.¹ Tum Virgo: Vel invitus loquendo lapsus es. Os tuum te accusat, labia tua te redarguunt; paulo ante dicebas, *Filius Altissimi vocabitur*; et nunc dicis filium Davidis; quis hic sermo est? Pro lubito tuo mentem meam ad caelum extollis, et postea rursum

¹ Lc. I, 32.

ἀνάγεις· ὅταν δὲ βούλῃ πάλιν, εἰς τὴν γῆν κατὰγεις. Ποίω πιστεύσω ῥήματι; τῷ πρώτῳ, ἢ τῷ δευτέρῳ; Λέγεις γάρ· «Δώσει Κύριος αὐτῷ τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος». Οὐδεὶς βασιλέων ὑπῆρξεν ἀθάνατος, οὐδεὶς τὸ κοινὸν τέλος ἐξέφυγε· πάντας μεθίστησι θάνατος, ὡς δεσπότης· πάντας λογοθετοῦσιν οἱ σκώληκες· οὐδεὶς βασιλέων τὸν τοῦ ἄδου πυλῶνα διέφυγε· πάντας κρατεῖ, πάντας ἐν τάφοις φρουρεῖ· οὐδεὶς ἐκείνου ὑπερήλατο δίκτυα, οὐδεὶς τὰς ἐκείνου παγίδας ἐξέφυγεν· οὐ Σαοὺλ ὁ πρῶτος ἐγκαινίσας τὸ τῆς βασιλείας διάδημα· οὐ Δαυὶδ ὁ ὑπὸ κέρματος φανερωθείς· οὐ Σαμουὴλ ὁ τῶν βασιλέων πατήρ, ὁ δι' ἐλαίου γνωρίζων τὸν ἄξιον, καὶ ἀπωθούμενος τὸν ἀνάξιον· οὐχ ὁ Σολομών ὁ σοφώτατος, ὁ διὰ μαχαίρας ἐλέγξας τῆς πόρνῃς τὰ ψεύσματα· οὐκ Ἐζεκίας, ὁ δάκρυσιν ἀνατρέψας θανάτου ἀπόκρισιν. Καὶ πῶς ὁ ἐμὸς υἱὸς βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας; Καὶ ὁ ἄγγελος· Τοῦτο γάρ ἐστι, Μαρία, τὸ ξένον μυστήριον, ὅτι πάντες ἀπέθανον, καὶ ὁ σὸς υἱὸς νικήσει τὸν θάνατον, νεκροὺς ἐγερεῖ, καὶ θανόντας ἀναστήσει, μνημεῖα * ἀνοίξει, ταρτάρου κλεῖθρα συντρίψει, καὶ πολλὰ σώ- *758
ματα τῶν κεκοιμημένων ἀναστήσει· ἐκ γὰρ ἀθανάτου ὁ ἀθάνατος γεννηθείς, θανατώσει τὸν θάνατον διὰ τοῦ οἰκείου θανάτου. Διὸ μηκέτι ἀπιστήσης, ἵνα μὴ ὑπὸ ἔγκλημα γένη. Περὶ οὗ γὰρ λέγω σοι, ἤδη εἰς τὴν σὴν κοιλίαν διὰ τῆς σῆς ἀκοῆς εἰσπεπῆδηκε, τῆς σῆς γαστρὸς ἐπιτελῶν τὰ ἐγκαίνια. Καὶ ἡ παρθένος· Ἰνα τούτοις συνθῶμαι, τὸ πρῶτόν με πληροφορήσον, πῶς καὶ

in terram deiicis. Cui verbo credam, primone an secundo? Dicis enim: *Dabit illi Dominus thronum David patris eius; et regni eius non erit finis*. Nullus rex immortalis fuit, nullus communem finem effugit: omnes invadit mors ut domina, omnes a vermibus roduntur: nullus rex inferni portam effugit: omnibus mors imperat, omnes in sepulcris custodit: nemo eius retia transibit, nemo eius laqueos effugit. Nonne Saul mortuus est, qui primus regni diadema accepit? Nonne David qui unctus ex cornu olei manifestatus est? Nonne Samuel regum pater, qui per oleum eum qui dignus erat indicabat et indignum pellebat? Nonne Salomon sapientissimus, qui per gladium meretricis mendacia redarguit? Nonne Ezechias, qui lacrymis mortis sententiam avertit? Et quomodo filius meus regnabit in aeternum? Respondet angelus: Hoc enim est, Maria, stupendum mysterium, quod omnes mortui sint, et filius tuus mortem sit victurus, mortuos suscitaturus, sepulcra aperturus, tartari claustra confracturus, et multa corpora dormientium resuscitaturus: nam ex immortalis immortalis natus per mortem suam occidet mortem. Quocirca ne ultra credere differas, ut ne culpae sis obnoxia. Is enim de quo loquor iam per auditum tuum in uterum tuum insiliit, uteri tui encaenia celebrans. Tum Virgo: Ut his assen-

Υἱὸς Ὑψίστου, καὶ υἱὸς Δαυτῖδ ὁ ἐξ ἐμοῦ μέλλων, ὡς λέγεις, τίκτεσθαι καὶ ὑπάρχειν ἀπάτορα· καὶ πῶς τοὺς δύο πατέρας ἐκήρυξας; Καὶ ὁ ἄγγελος· Πρῶτον μάθανε, καὶ οὕτως ἀντίλεγε· ὅταν σοι εἴπω· «Υἱὸς Ὑψίστου», τὸν πρὸ αἰώνων ἀπαθῶς γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐμήνυσα· καὶ ὅταν σοι εἴπω· Υἱὸς Δαυτῖδ, διὰ τό σε εἶναι ἐκ πατρὸς Δαυτῖδ εἶρηκα. Λαβοῦσα οὖν τὴν πληροφορίαν, τοὺς λόγους μου φύλαττε· καὶ γὰρ ἐγὼ δοῦλός εἰμι ἐκείνου, ὃν μέλλεις τίκτειν. Ταῦτα εἰπὼν ὁ ἄγγελος τῇ παρθένῳ, κατέλειπεν αὐτήν. Καὶ παρ' ἐαυτῆς διελογίζετο λέγουσα· Ἀναγγελῶ τῷ Ἰωσήφ, ἡ κρύψω μᾶλλον τὸ μυστήριον; Εἰ ἐψεύσατο ὁ ἐλθὼν τέως, καθ' ἐαυτῆς ἐρεθίζω τὴν γλῶτταν τοῦ γέροντος. Καὶ ὡς ταῦτα ἐσκέπτετο ἡ παρθένος, ἡ κοιλία ὀγκομένη προέκοπτε, καὶ τὸ βρέφος ἔνδον ἐχόρευε. Μαρία δὲ περὶ τούτου ἐσκέπτετο, καὶ μυρία παραπετάσματα τῇ γαστρὶ ἐπιδαλοῦσα, τὸν Ἰωσήφ λανθάνειν ἠθούλετο· ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο κρύψαι πόλιν ἐπάνω ὅρους κειμένην. Τὸν Ἰωσήφ ἔνυξεν ἡ δεῖξις τῆς κοιλίας, καὶ λοξῶ τῷ ὀφθαλμῷ τῆς παρθένου τὴν κοιλίαν ἐστάθμιζε. Καὶ ὑβρίζειν ἤθελε, καὶ σιωπᾶν ἠναγκάζετο· ὑβρίζειν ἤθελεν, ὡς πεπρακυῖαν τὰ τῆς παρθενίας κειμήλια· καὶ ὁ πρῶτος βίος διεκάλυε. Λοιπὸν τὴν ἰδίαν ψυχὴν ταῖς θλίψεσιν ἐδασάνιζεν· Οἷμοι, λέγων, τί ποιήσω ἐγώ; ἡ ὄψις παρθένου, ἡ κατάστασις παρθένου, οἱ ὀφθαλμοὶ παρθένου, ὁ γέλως παρθένου· καὶ ἡ κοιλία οὐ παρθένου, ἀλλὰ μητρός· ὁ λόγος παρθένου· οἷμοι, οἷμοι· οὐ φέρω λοιπὸν ὁρῶν. Δημηγορήσω λοιπὸν τὸ πρᾶγ-

tiar, primo me fac certiore, quomodo sit Filius Altissimi et filius David, is qui ex me, ut dicis, sine patre nascetur; et quomodo duos patres praedicaveris. * Reponit angelus: Primo disce, et postea contradicito. Cum tibi dixi, Filius Altissimi, eum qui ante saecula impassibiliter ex Patre natus est indicavi; et cum dixi, Filius David, sic loquutus sum, quia tu ex patre Davide prodiisti. Accepta ergo certa notitia, sermones meos custodi: nam ego servus eius sum, quem tu paritura es. His dictis, angelus Virginem reliquit. Illa vero haec secum reputabat: Iosephone annuntiabo, an potius tacebo mysterium? Si mentitus est is qui venit, senis linguam contra me excitabo. Et dum haec cogitabat Virgo, uterus intumescebat, et infans intus choreas agebat. Maria vero hac de re sollicita erat, et mille velamenta ventri imponens, id curabat ut Ioseph rem ignoraret: sed non potuit occultare urbem supra montem positam. Iosephum pupugit tumor uteri, et torvo ille oculo Virginis ventrem considerabat. Contumeliam dicere volebat, et tacere cogeatur: contumeliam ei dicere volebat, ut quae virginitatis cimelia vendidisset; sed vita eius id impendebat. Demum animam suam aerumnis cruciabat: Hei mihi, dicens, quid faciam? Facies virginis est, status virginis, oculi virginis, risus virginis; at venter non virginis, sed matris; verba virginis sunt: hei

μα, ἐλέγξω τὴν Μαρίαν; Ἡ γὰρ αἰσχύνῃ κοινή. Βοήσω μετὰ κραυγῆς, μήπως τοῦ ἀσπόρου παιδὸς κληθῶ πατήρ; Οὐδείς τῆς κόρης κατήγορος, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει ὁ κυοφορούμενος τὸν παιδοσπορήσαντα. Τάχα μοι καὶ τὸ σιωπᾶν καὶ τὸ λαλεῖν ἐστὶν ἐπικίνδυνον. Τί οὖν ποιήσω; καλέσας ἐρωτήσω, ἢ πρὸ ἐρωτήσεως δείξω; Ἀλλ' ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ· ἐλέγξω μᾶλλον. Μὴ οὐκ ἐποίησε; Καλέσας οὖν αὐτὴν αὐστηρῶ τῷ προσώπῳ, κριτῆς τοῦ ἐν κοιλίᾳ κριτοῦ ἐκαθέζετο. Λέγε μοι, φησί, μετὰ ἀκριθείας τὸ γέγονός σοι· μὴ κρύψῃς με τὸ συμβᾶν σοι· οὐδείς ὁ παρὼν τῶν λόγων ἀκροατῆς· οἷδα φυλάττειν μυστήρια· οὐδείς μακθάνει τὸ πρᾶγμα, μόνον με πληροφόρησον. Πόθεν τοῦτο ὑπάρχει τὸ ὀρώμενον ἐν σοί; τὸν τούτου πατέρα ὑπὸδειξόν μοι, καὶ ἐλευθερῶ σε τοῦ πταίσματος· συγγνώμης γὰρ ἀξιωθήσῃ, ὥς ἐν ἐπιθυμίᾳ νικηθεῖσα γυνή. Καὶ ἡ παρθένος πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Εἰ πατέρα τούτου ζητεῖς, εὐρήσεις οὐδέποτε· εἰ δὲ καὶ ὀρφανὸν νομίσῃς, καὶ τούτου ἀπέτυχες. Καὶ ὁ Ἰωσήφ· Οὐδὲν ψεύσασθαι, Μαρία, δεδύνησαι· πῶς γὰρ δύναται ὀρφανὸν μὴ εἶναι καὶ πατέρα μὴ ἔχειν; Καὶ ἡ παρθένος· Εἰ δὲ ζητεῖς τίς, Ἰωσήφ (ἀγνοεῖς γάρ), ἐὰν εἴπω σοι τὸ ἀληθές, οὐ πιστεύομαι. Κοιλίαν βλέπεις, καὶ τὸν κρυπτόμενον Κύριον οὐχ ὀρᾷς· γαστέρα κατανοεῖς, καὶ οὐ λογιζῇ τὸν ἐκ γαστροῦ πρὸ ἐωσφόρου ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἐν ἐμοὶ αὐλιζόμενον. Εἰ εἴπω σοι, ὃ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος, ἔρεῖς, ὅτι· Ἐαυτῇ μαρτυρεῖς, καὶ ἡ μαρ-

mihi, hei mihi, illud videns ferre nequeo. Remne traducam, Mariam redarguam? Communis erit turpitude. Clamabone magna voce, ne eius qui sine semine nascitur pueri pater appeller? Nullus puellae accusator est, quia is qui utero gestatur, nullum habuit seminantem. Forte non sine periculo mihi est vel tacere vel loqui. Quid ergo faciam? Num interrogabo, an id declarabo ante interrogationem? Hoc scriptura testificatur: illam potius redarguam. An non fecit? Ipsa igitur vocata austero vultu, iudex in utero gestati iudicis sedebat. Dic mihi, inquit, vere, quid tibi acciderit, ne abscondas mihi: nemo adest qui haec audiat; arcana servare novi: nemo rem sciet, me tantum certiolem facito. Unde accidit illud quod in te videtur? Huius patrem mihi indica, et te culpa liberam habeo: veniam quippe obtinebis, ut mulier concupiscentia percita. Respondit ei Virgo: Si patrem huius quaeris, numquam invenies: si vero pupillum putes, perinde laberis. Tum Ioseph: Non potes, Maria, mentiri: quomodo enim potest pupillus non esse, et patrem non habere? Reponit Virgo: Si quaeras quis sit, o Ioseph (illud enim ignoras), si veritatem dixero tibi, non credes. Uterum vides, et occultum in eo Dominum non vides: ventrem consideras, nec cogitas eum qui ex utero ante luciferum ex Patre natus est, et in me habitat. Si dicam tibi id, quod mihi dixit angelus, dices: Tibi ipsi testimonium reddis, et testimonium tuum non est verum.

τυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Καὶ ὁ Ἰωσήφ· Φέρε τοὺς ἀκηκοότας, δὸς τοὺς παρεστῶτας, ἄγαγε ἀληθεύοντας μάρτυρας. Καὶ ἡ παρθένος ἔφη· Εἰ ταῦτα ζητεῖς, εὐρήσεις οὐδέποτε· εἷς γὰρ δι' ἐνὸς πρὸς μίαν ἀπεσταλμένος διὰ μόνης καταμόνας ἐλάλησεν· οὐδεὶς παρῆν· ἐπεὶ οὐδεὶς ἔμελλεν εἶναι τοῦ τι-κτομένου πατὴρ. Ὡς δὲ ἠπιστεῖτο ἡ παρθένος, ὑπονοήσασα λοιπὸν εἰς ἔτε-ρον λογισμὸν ἦλθε Μαρία, λέγουσα· Ἡ γαστήρ με προδίδωσιν, ὁ παῖς μου κατηγορεῖ ἐν κοιλίᾳ ἀγαλλόμενος· τί οὖν καθ' ἑαυτῆς ἐπὶ πλεῖτον ἐρεθίζω τὸν Ἰωσήφ; Πνίξω τῇ σιωπῇ τὰ χεῖλη μου, καὶ πρὸς τὸν ἄγγελον ἀοράτως δικάσομαι· Ποῦ τὰ νῦν ὑπάρχεις, ὁ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», φεθγγόμενος; ἐν ποίοις τόποις αὐλίζῃ; εἰπέ, ἵνα ἐκεῖ παραγένωμαι, καὶ κρεμασθῶ τῷ τραχήλῳ σου, μέχρις ἐλθὼν πληροφορήσεις τὸν Ἰωσήφ, τίνος υἱὸς ὁ ἐμῆς κοιλίας κοιτῶνα σκιρτοβατῶν. Οὐ φέρω τὸν πρεσβύτην ὑπιδόντα, γογγύ-ζοντα· καὶ σὺ ποίῳ τόπῳ χρονίζεις ἀγνοῶ· ἐλθέ, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ δικαιολόγη-σαι. Ταῦτα τῆς Μαρίας λεγούσης, τὸ τάχος ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσήφ *πα-ραγίνεται, καὶ πληροφορήσας τὸ ἐκβαλεῖν τὴν παρθένον ἐκώλυε· «Μὴ φο-βηθῆς, λέγων τῷ Ἰωσήφ, παραλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκά σου»· οὐ γάμου κοινωνίαν, ἀλλὰ θεϊκῶν μυστηρίων οἰκονομίαν σοι λέγω. Ἀλλὰ πατὴρ οὐχ ὑπάρχεις; Ἐν γῇ πατέρα μὴ ζητήσης, μήτε ἐν οὐρανοῖς μητέρα. Πάσης ὁρ-φανίας ἡ φύσις ἀπήλλακται· μόνος γὰρ ἐκ μόνου καταμόνας πρὸ αἰώνων ὑπάρχει. Νῦν μόνος ἐκ μόνης, ὡς οἶδε μόνος. Μὴ ὀλιγοψυχῆσης τὴν Μαρίαν,

*759

Tum Ioseph: Produc eos qui audierunt, qui praesentes fuerunt, profer veraces testes. Dicit Virgo: Si haec quaeris, numquam invenies: unus enim ad unam missus, solus soli loquutus est, nullus aderat, quia nullus futurus erat nati pater. Cum autem non crederetur Virgo, secum reputans rursum, in aliam cogitationem incidit: Uterus me prodit, puer in utero exsultans me accusat: cur ergo contra me Iosephum magis irritabo? Comprimam silentio labia mea, et cum angelo invisibiliter disceptabo: Ubi nunc es, qui mihi, *Ave gratia plena*, dixisti? Quibus in locis versaris? Dic, ut illo me conferam, et a collo tuo pendeam, donec veniens certiore facias Iosephum, cuius filius sit is qui in uteri mei cubiculo exsultat. Non fero senem torve respi- cientem, murmurantem. Tu quo loco tempus agas nescio: veni et causam meam tuere. Haec dicente Maria, statim angelus Iosephum adit, et cum rei certiore fecisset, prohibuit ne Virginem dimitteret. *Noli timere*, inquit, *Ioseph, accipere Mariam coniugem tuam*.¹ Non nuptiarum consortium, sed divinorum mysteriorum oeconomiam tibi annuntio. Sed pater non es? In terra patrem ne quaeras, neque in caelis matrem. A pupilli statu natura liberatur: solus enim ex solo unice ante saecula est; nunc vero solus ex sola, ut novit ipse solus.

¹ Matth. I, 20.

μὴ λυπήσης τὸ ἐκ Μαρίας· μὴ ζητήσης τὸ πῶς, μήποτε σε ἀδικήσῃ τὸ βρέ-
 φος· μὴ περιεργάσῃ τὴν θήκην, μήποτε ζημιωθῇς τὴν ἐνθήκην. Ἀμόλυντον
 τὸ σκεῦος, ἄσπιλον τὸ κειμήλιον, ἀθόλωτος ὁ ἀλάδαστρος, ἄσπορος ὁ τό-
 κος, ἀνύμφευτος ἡ κόρη, * ἀθαλάμευτος ἡ παρθένος, ἀλατόμητος ἡ πέτρα, *760
 κεκλεισμένος ὁ κῆπος, ἡ πηγὴ ἐσφραγισμένη, ἄσπορος ἡ χώρα, ἀφύτευτον
 τὸ κλῆμα, ἀνεπινόητος ὁ τόκος. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς μοι τῷ λέγοντι, τὸν καιρὸν
 τῆς κηρύσεως ἔκδεξαι. Καὶ ἐὰν δακρύσῃ ἡ στενάξῃ ἡ Μαρία, ὡς αἱ λοιπαὶ
 γυναῖκες, ἀνθρωπὸς ἐστὶ, καὶ οὐ Θεός, ὁ ἐκ Μαρίας γεννώμενος. Καὶ ὁ Ἰω-
 σήφ εἶπεν· Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, καθὼς προέφης, ὦ ἀρχάγγελε, «Ἵνα τί
 ἐφρούαζαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;» Καὶ ὁ ἄγγελος εἶπεν· Εἰ θέλεις
 μαθεῖν, τὸ τάχος διδάχθητι· ἐπειδὴ Κύριος εἶπε πρὸς τὸν γεννώμενον· «Υἱός
 μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε»· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶ-
 νας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN CHRISTI NATALEM DIEM¹

2043 Ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλε σήμερον ἥλιος, καὶ τὸν πρὶν ἀνατέλλοντα
 ἐκάλυψεν· ἐλυτρώθη τὸ σκότος, καὶ οὐ φέρω τὰς ἀκτῖνας· ἐτέχθη μοι
 πάλιν τὸ φῶς, καὶ ἀμαυροῦμαι τῷ φόβῳ· τὸν τόκον ἀγάλλομαι, καὶ τὸν τρό-
 πον ταράττομαι· νέαν πηγὴν προῖοῦσαν ὀρώ, καὶ ἀρχαίαν πληγὴν φεύγου-

PG
61, 737

Ne pusillus animo esto circa Mariam, ne affligas * id quod ex Maria *759
 oritur: ne quaeras quomodo, ne te laedat infans: ne curiose inquiras
 arcam, ut ne depositum amittas. Immaculatum est vas, sine labe
 cimelium est, non sordidatum alabastrum, sine semine partus, sine
 marito puella, sine thalamo virgo, non incisa petra, hortus conclusus,
 fons signatus, non seminatus ager, non plantatus palmes, non exco-
 gitatus partus. Si mihi non credis dicenti, tempus partus exspecta.
 Quod si fleverit et ingemuerit Maria, * ut reliquae mulieres; homo est, *760
 et non Deus, qui ex Maria nascitur. Respondet Ioseph: Si haec ita se
 habent, ut dixisti, o archangele, *Quare fremuerunt gentes, et populi
 meditati sunt inania?* Cui angelus: Si quaeris discere, cito accipe: quia
 Dominus nascenti dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*² Quia
 ipsum decet gloria in saecula saeculorum. Amen.

2043 Sol iustitiae ortus est hodie, et cum qui prius ortus erat obtexit:
 redemptus sum a tenebris, nec fero radios: nata mihi rursus lux est,
 et obscuritatem metus affert: de partu exsulto, et de moribus per-

PG
61, 737

¹ Sermo hic tribuitur Proclo, Germano Constantinopolitano, vel Gregorio Thaumaturgo (cf. RPhTh, 544).

² Ps. II, 1 et 7.

σαν· βρέφος εἶδον τικτόμενον, καὶ οὐρανὸν κλινόμενον εἰς τὴν τούτου προσκύνῃσιν· μήτέρα τίκτουςαν, καὶ μήτραν μὴ ἀνοίγουσαν· παιδίον τὴν ἰδίαν σφραγίζον κήσιν· γεννήτορα ἄνδρον, καὶ υἱὸν ἀπάτορα· σωτῆρα τικτόμενον, καὶ ἀστέρα κτιζόμενον· σπαργανούμενον νήπιον, καὶ βαστάζων τὴν ἄπειρον· φάτνην ἐκτυπούμενην εἰς θρόνον ἐπουράνιον, καὶ κτήνη ἀπεικάζοντα χερουδικὴν παράστασιν· φωστῆρα φαινόμενον, καὶ τὸ θαῦμα φθεγγόμενον· ἀγγέλους προαναγγέλλοντας, καὶ ποιμένας προφητεύοντας· μάγους θεολογοῦντας, καὶ ἱερεῖς θεομαχοῦντας· Ἡρώδην πίπτοντα, καὶ θάνατον θρηνοῦμενον· τὸν Ἀδὰμ λυόμενον, τὴν Εὐὰν χαίρουσαν, καὶ τὸν ὄφιν πενθοῦντα· αἰχμαλώτους ἐν ἀφέσει γενομένους, καὶ τυράννους ἐν κολάσει· βρέφος γαλουχούμενον, καὶ τρέφοντα τὴν τρέφουσαν· χερσὶ περιφερόμενον, καὶ φέροντα τὴν φέρουσαν· τὴν κτίσιν ἐπιγνοῦσαν, καὶ τὴν φύσιν δειλιῶσαν. Ὅθεν καὶ ἐξίσταμαι τῷ θαύματι, τρέμων τὸ μυστήριον. Θαῤῥήσω τῷ Γαβριήλ, καὶ φυγαδεύω μου τὸν φόβον. Τὰ πρὸς Μαρίαν ῥήματα, ἐρμηνεύοντα θαύματα. Ποῖα ταῦτα; Καὶ φησι· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», οὐρανόυ στάχυος ἀθέριστος ἄρουρα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἀληθινῆς ἀμπέλου ἀψευδῆς μήτηρ παρθένος· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἀτρέπτου θεότητος σαγήνη ἀδιάπτωτος· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τῆς ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τοῦ χηρεύοντος κόσμου νυμφίε, τόκε ἀμίαντε· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ

turbor: novum fontem manantem video, et veterem plagam fugientem: infantem vidi natum, et caelum inclinatum ad illum adorandum: matrem parientem, nec vulvam aperientem, puerumque obsignantem ortum suum: genitorem non virum et filium sine patre: servatorem natum qui stellam creat; infantem pannis involutum et immensam terram gestantem: praesepe efformatum in thronum caelestem, et animalia pro cherubinis adstantia: luminare apparens quod nuntiet miraculum: angelos praenuntiantes, et pastores prophetantes; magos theologicè loquentes, et sacerdotes cum Deo pugnantes; Herodem cadentem, et mortem lugentem; Adamum solutum, et Evam gaudentem, et serpentem lugentem; captivos solutos, et tyrannos supplicio affectos: puerum lactantem, qui nutrit se nutrientem; qui manibus gestatur et se gestantem portat: creaturam illum agnoscentem, et naturam timentem. Quamobrem et ego miraculo percellor, mysteriumque metuo tremens. Cum fiducia Gabrielem adibo, et metum meum fugabo. Eius ad Mariam verba miracula explicant. Quaeenam illa? Dicit, *Ave, gratia plena*,¹ caelestis spicae arvum quod non metitur: ave, gratia plena, verae vineae non fallax mater virgo: ave, gratia plena, immutabilis divinitatis sagena quae non cadit. Ave, gratia plena, naturae, quae loco capi nequit, locus spatiosus. Ave, gratia plena, viduati

¹ Lc. I, 28.

τῇ κτίσει ὑφάνασα ἀχειρόπλοκον στέφανον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, πυρὸς ἅγιον οἰκητήριον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ τῆς φυγάδος οἰκουμένης ἐπάνοδος· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τῆς λιμωττούσης κτίσεως ταμιεῖον ἀδαπάνητον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ χάρις ἡ ἀπέραντος τῆς ἀγίας παρθένου· χαῖρε, κεχαριτωμένη, πολλῶν ἀρετῶν κεκοσμημένη λαμπαδηφόρε, τὸ ἄσβεστον καὶ τοῦ ἡλίου λαμπρότερον φῶς· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τοῦ νοητοῦ ἀγκίστρου τὸ δέλεαρ· χαῖρε, κεχαριτωμένη, νοερὰ τῆς δόξης κιβωτέ· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ στάμνος ἡ χρυσῇ, ἡ τὸ οὐράνιον ἔχουσα μάννα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ τὴν γλυκεῖαν πόσιν τῆς ἀενάου πηγῆς τοὺς διψῶντας ἐμπλήσασα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ νοερὰ θάλασσα, καὶ τὸν οὐράνιον ἔχουσα μαργαρίτην Χριστόν· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ λαμπρὸς οὐρανός, ἡ τὸν ἀχώρητον ἐν οὐρανοῖς ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα Θεὸν ἀχώρητον καὶ ἀστενοχώρητον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, στυλοειδὴς νεφέλη, ἡ τὸν Θεὸν ἔχουσα τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ καθοδηγήσαντα τὸν Ἰσραήλ. Τί εἶπω καὶ τί λαλήσω; πῶς μακαρίζω τὴν ὀλόρριζον δόξαν; "Οτι, χωρὶς Θεοῦ μόνου, πάντων ἀνωτέρα ὑπάρχεις. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διαταράχθη, καὶ τῷ βλέμματι φεύγουσα, τῷ σώματι ἵσταται, σταυροτύπῳ ἱστορίᾳ τυπούσα τὴν θεάν, ἀμφιδόλοις δὲ προπαρίστατο τῷ ἀγγέλῳ, μήτε φυγεῖν τολμῶσα, μήτε ἵστασθαι θαρρόυσα. Ὁρῶσα τὸν ἀσώματον ἱστάμενον ὡς ἄνθρωπον, παραμένειν ἡδεῖτο, τιμῶσα τὴν παρθενίαν· ἐρωτᾷν οὐκ ἐτόλμα τὸν ἀνόμιον. Καὶ ἦν τὸ φόβῳ ἔσοπτρον τῆς παρθένου προελθοῦσα τὸ πρόσωπον, λέγουσα

mundi sponsa, partus incorruptus. Ave, gratia plena, quae creaturae texuisti coronam non manu factam. Ave, gratia plena, ignis sacrum domicilium. Ave, gratia plena, fugitivi orbis regressio: ave, gratia plena, esurientis creaturae horreum quod consumi nequit. Ave, gratia plena, gratia interminabilis sanctae virginis. Ave, gratia plena, multis virtutibus ornata lucernam gestans, inexstinguibilem et sole clariorem lucem: ave, gratia plena, spiritualis hami esca: ave, gratia plena, spiritualis gloriae arca: ave, gratia plena, urna aurea quae caeleste manna continet: ave, gratia plena, quae dulci potu perennis fontis sitientes replet: ave, gratia plena, spirituale mare, quod caelestem habet margaritam Christum: ave, gratia plena, splendidum caetum, quae illum qui a caelis capi nequit in se habet Deum, et qui non angusto loco capitur: ave, gratia plena, columna nubis quae Deum continet, Israël in deserto ducem. Quid dicam, et quid loquar? Quomodo beatam praedicabo illam sic radicatam gloriam? Quod, Deo excepta, omnibus superior es? Illa vero turbata est in sermone, et oculos avertens, corpore stat, crucis spectaculum figurans, dubiis pedibus adstitit angelo, neque fugere neque stare ausa. Videns incorporeum stantem ut hominem, manere metuebat, virginitatem honorans: interrogare non audebat sibi dissimilem: eratque virginis vultus...

ἐν ἐαυτῇ· Ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; ἢ τίς ὁ ἀσπασάμενος με; Ὑπε-
ραστράπτει ἥλιον, καὶ πηλῶ διαλέγεται· ἐξ οὐρανοῦ κατέδραμε, καὶ κόρη
ἀσπάζεται· οὐ περιβέβηται σῶμα, καὶ γυναικί παρίσταται, ὥς ποσὶ ταῖς
πτέρυξι περιπατῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τί ζητεῖ πρὸς τὴν ἐκ γῆς; ἄγγελός μοι φαί-
νεται, καὶ ὥς ἄνθρωπος φθέγγεται· ἐξ ἀσωμάτων ἁγίων φωνή μοι προβάλλ-
εται· φωστῆρος φωτεινότερον κεκαλλώπισται πρόσωπον· χιτῶνα προδέδλη-
ται· νεανίσκον ὁρῶ σάρκα μὴ περικείμενον, πατοῦντα τὸ ἔδαφος, καὶ ἔχνος
*738 μὴ ζωγραφοῦντα· * γλῶσσαν μὴ κεκτημένον, καὶ τὸ «Χαῖρέ» μοι κεκραγόντα·
χείλη μὴ σαλεύοντα, καὶ χαίρειν μοι προφητεύοντα. Οὐκ οἶδα τί λογίσωμαι
τὴν ἔμφρικτον ὁπτασίαν. Εἰ τὸν πεμφθέντα οὐ νοῶ, πῶς γνώσομαι τὸν πέμ-
ψαντα; εἰ ὁ μηνίων φοβερὸς, ὁ μηνυθεὶς φοβερώτερος· εἰ οὕτως ἀπαστρά-
πτων ἐμαύρωσέ μου τὸν νοῦν, ποίῳ σώματι κρύψω δικαιοσύνης τὸν ἥλιον;
εἰ τὸ κτίσμα θροεῖ με, πῶς ἐνέγκω τὸν κτίσαντα; εἰ τὸν δοῦλον ἐπτόημαι,
τὸν Δεσπότην πῶς τέξομαι; Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ ἄγγελος· «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ».
Οὐ σκελίζῃ ὥσπερ ἡ Εὐὰ· ἐξ ἐκείνης ὁ θάνατος, ἐκ δὲ σοῦ ζωὴ ἀθάνατος·
ἐξ ἐκείνης καρπὸς νεκρώσεως, ἐκ δὲ σοῦ καρπὸς ζωοποιός· ἐξ ἐκείνης ἀπάτη,
ἐκ δὲ σοῦ ἀγάπη· ἐξ ἐκείνης τοῖς ἀνθρώποις ὁ τοῦ Θεοῦ χωρισμός, ἐκ δὲ
σοῦ Θεοῦ καὶ σαρκὸς συμπλοκὴ ἀνερμήνευτος· ἐξ ἐκείνης ὁ σκοτεινὸς ὕπνος
τοῦ ἄδου, ἐκ σοῦ φωτεινὸς λύχνος τοῦ κόσμου· ἐξ ἐκείνης κατάρα, ἐκ δὲ σοῦ
εὐλογία· ἐξ ἐκείνης ἡ ἀπόφασις, ἐκ δὲ σοῦ ἡ συγχώρησις· ἐξ ἐκείνης ἡ θλι-

metu pavidus: dicebatque intra se: Qualis fuerit haec salutatio?
Quis salutat me? Fulget magis quam sol, et lutum alloquitur: de
caelo descendit, et virginem salutat: non amictus est corpore, et
mulieri adstat, alis quasi pedibus ambulat in terra. Quid quaerit ab
illa quae de terra est? Angelus mihi apparet, et ut homo loquitur:
ex incorporeis sanctis vox mihi profertur: luminari lucidiore ornatur
vultu: tunica indutus est: iuvenem video carne non circumdatum,
*738 pavementum * calcantem, et vestigium non imprimentem: qui lin-
guam non habet, et, *Ave*, mihi clamat: labia non movet, et, *Ave*,
prophetae more dicit. Nescio quid cogitem de tam tremenda visione.
Si missum non cognosco, quomodo cognoscam mittentem? Si nuntius
terribilis, qui nuntiatur terribilior: si ita fulgens mentem meam
obscuravit, quo corpore tegam iustitiae solem? Si creatura me terret,
quomodo feram creatorem? Si servum formido, quo pacto Dominum
pariam? Dixit autem ei angelus, *Ne timeas, Maria*. Non supplantaris
ut Eva: ex illa mors, ex te vita immortalis; ex illa fructus mortem
ferens, ex te fructus vivificans; ex illa seductio, ex te dilectio; ex
illa separatio hominum a Deo, ex te Dei et carnis complexus inenar-
rabilis; ex illa tenebrosus somnus inferni, ex te lucerna fulgida mundi;
ex illa maledictio, ex te benedictio; ex illa damnatio, ex te remissio;

ψις, ἐκ δὲ σοῦ ἡ πίστις· ἐξ ἐκείνης τὰ δάκρυα, ἐκ δὲ σοῦ ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος· ἐξ ἐκείνης οἱ ἰδρώτες, ἐκ δὲ σοῦ ἡ ἀνάπαυσις· ἐξ ἐκείνης ἡ ἀρχαία πληγή, ἐκ δὲ σοῦ Τριάδος ζωή· ἐξ ἐκείνης μισαδελφία, ἐκ δὲ σοῦ φιλανθρωπία· ἐξ ἐκείνης κατακλυσμός, ἐκ δὲ σοῦ λουτρὸν ἀθανασίας· ἐξ ἐκείνης οἱ φονεῖς, ἐκ δὲ σοῦ ἀναγέννησις· ἐξ ἐκείνης ζώντων σφαγαί, ἐκ δὲ σοῦ ἡ νεκρῶν ἔγερσις· ἐξ ἐκείνης δωδεκάφυλον μισητόν, ἐκ δὲ σοῦ δώδεκα ἀπόστολοι ἀγάπη συνηγμένοι· ἐξ ἐκείνης ὁ θάνατος τὸν κόσμον διατρέχων, εἰς σὲ δὲ προσκόψας πεσεῖται· ἐξ ἐκείνης τὸ πτώμα, ἐκ δὲ σοῦ ἡ ἀνάστασις. «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ» τὸν ἐν Πατρὶ καὶ ἐν σαρκί· καὶ τέξῃ υἱὸν τοῦ Ἀδάμ ἀρχαιότερον, τέξῃ υἱὸν ἐμοῦ παλαιότερον, τέξῃ υἱὸν οὐρανοῦ ὑψηλότερον, τέξῃ υἱὸν τῶν Χερουδὶμ ἀνώτερον, τέξῃ υἱὸν τῶν αἰώνων δημιουργόν, τέξῃ υἱὸν συνάναρχον τῷ Πατρὶ, τέξῃ υἱὸν συναἰδὶον τῷ Πνεύματι, τέξῃ υἱόν, οὗ τὰ πάντα ὑπάρχει, τέξῃ υἱόν, ὃν ἡμεῖς μὴ καθορῶμεν, τέξῃ υἱόν, οὗ ἡ μορφή λανθάνει με, τέξῃ υἱόν, ὃ παρίσταμαι ἔντρομος. Καὶ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, ὃν οὐκ ἐφύτευσεν ἀνὴρ· ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς, ὃν οὐκ ἐβάστασε πατήρ· ἔτεκε τὸν στάχυν, ὃν οὐκ ἔσπειρε σῶμα· ἔτεκε δημιουργὸν γενόμενον ἄθροπον· ἔτεκεν ἐν σπηλαίῳ, καὶ ἐν Περσίδι ἐφάνη. «Τοῦ γὰρ Χριστοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἰδοὺ, μάγοι ἀπὸ

ex illa tribulatio, ex te fides; ex illa lacrymae, ex te flumina aquae viventis; ex illa sudores, ex te requies; ex illa vetus plaga, ex te Trinitatis vita; ex illa odium fratrum, ex te benignitas; ex illa diluvium, ex te lavaerum immortalitatis; ex illa homicidae, ex te regeneratio; ex illa viventium caedes, ex te a mortuis resurrectio; ex illa duodecim tribus invisae, ex te duodecim apostoli caritate coniuncti; ex illa mors orbem pervadens, ex te mors impingens cadet; ex illa lapsus, ex te resurrectio. *Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero eum, qui in Patre est et in carne; et paries filium.*¹ Adamo antiquiorem; paries filium me antiquiorem, paries filium caelo excelsiorem, paries filium Cherubinis superiorem, paries filium saeculorum creatorem, paries filium sine principio cum Patre, paries filium coaeternum Spiritui, paries filium cuius sunt omnia, paries filium quem nos non conspiciamus, paries filium cuius forma me latet, paries filium cui tremens adsto. Et impleti sunt dies pariendi, et peperit filium suum primogenitum, quem non plantavit vir; peperit filium suum, quem non gestavit pater, peperit spicam, quam nullum corpus seminavit, peperit Creatorem factum hominem, peperit eum in spelunca, qui in Perside apparuit. Nam cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudae, ecce magi ab oriente venerunt Ieroso-

¹ Lc. I, 30-31.

ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα λέγοντες· Ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;» Ποῦ ἐστὶν ὁ μὴ σπαρεὶς καὶ τεχθεὶς; ὁ πρὸ ἑαυτοῦ τὸν ἑαυτοῦ ἀποστείλας ἀστέρα; ποῦ ἐστὶν ὁ διὰ ξένης ἀκτίνος ἔλκων ἡμᾶς πρὸς φῶς ἀγνοούμενον; ποῦ ἐστὶν ὁ ἀμετρήτῳ παλάμῃ τειχίζων τὴν οἰκουμένην; ποῦ ἐστὶν ὁ πανταχοῦ φαινόμενος, καὶ ἐν σαρκὶ κρυπτόμενος; ποῦ ἐστὶν ὁ λύσας ἡμᾶς τῆς πλάνης, καὶ ὁδηγῶν πρὸς τὴν χάριν; ποῦ ἐστὶν ὁ φανείς ὑπὸ τὴν δρῦν εἰς τριάδα ἀγγέλων; ποῦ ἐστὶν ὁ τὴν βάτον μὴ φλέξας, καὶ τὴν μητέρα μὴ φθείρας; ποῦ ἐστὶν ὁ ἐκ Πατρὸς, μὴ ὁρώμενος, καὶ μητρὸς κατεχόμενος; ποῦ ἐστὶν ὁ ξηράνας τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ γάλα ποτιζόμενος; ποῦ ἐστὶν ὁ πατάξας τὸν Φαραῶ, καὶ Ἡρώδην κρυπτόμενος; ποῦ ἐστὶν ὁ τὸν δράκοντα δύσας, καὶ ἐν σπαργάνοις κείμενος; ποῦ ἐστὶν ὃν οὐκ εἶδον ἀρχάγγελοι, καὶ θεωροῦσιν ἄνθρωποι; «Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοῦς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω, οὗ ἦν τὸ παιδίον· καὶ προσκυνήσαντες, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίθον καὶ σμύρναν. Καὶ χρηματισθέντες μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν». Τῷ δὲ γεννηθέντι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ὑμνῶμεν, καὶ δοξάζωμεν, ἅμα τῷ αὐτοῦ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, εἰς τοὺς αἰῶνας Ἀμήν.

*lymam dicentes: Ubi est qui natus est rex Iudaeorum?*¹ Ubi est qui non satus natus est, qui ante se suam misit stellam? Ubi est is qui per stupendum radium nos trahit ad lucem quam ignorabamus? Ubi est qui immensa palma orbem tegit? Ubi est qui ubique apparet, et in carne occultatur? Ubi est qui solvit nos ab errore, et nos ducit ad gratiam? Ubi est qui apparuit sub quercu in trinitate angelorum? Ubi est qui nec rubum combussit, nec matrem corrupit? Ubi est qui ut est ex Patre non videtur, et a matre tenetur? Ubi est qui Rubrum mare exsiccavit, et lacte potatur? Ubi est qui percussit Pharaonem, et ab Herode se occultat? Ubi est qui draconem demersit, et in cunabulis iacet? Ubi est quem non viderunt archangeli, et vident homines? *Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer: et adorantes obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. Et responso accepto ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.*² Natum autem Christum Deum nostrum hymnis celebremus et glorificemus, cum Patre suo et sancto Spiritu, nunc et semper, in saecula. Amen.

¹ Matth. II, 1-2.

² Matth. II, 9, 11.

IN NATALEM DOMINI¹

2044

[...] Δεῦρο τοίνυν, ἐπειδὴ καὶ ἡμῖν τὸ οὐράνιον ἔαρ Χριστὸς ἐκ παρθε-
νικῶν λαγόνων ἀνέτειλε, καὶ τὰς ψυχρὰς καὶ ζαλῶδεις ὁμίχλας τοῦ διαβόλου
διεσκέδασε, καὶ τὰς καθευδούσας τῶν ἀνθρώπων καρδίας ταῖς θεϊκαῖς αὐτοῦ
ἀκτῖσιν ἐκ τοῦ καπνοῦ τῆς ἀγνωσίας διῶπνισεν, ἐπὶ τὴν οὐράνιον καὶ μακα-
ρίαν δόξαν τὸν νοῦν ἡμῶν παροξύνωμεν. Ἀλλ' ἰστᾶ μου τὸν δρόμον τῆς γλῶτ-
της ἢ Χριστοῦ γέννα, θεότητα ἀπαστράπτουσα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται.
Ὅταν γὰρ ὑπ' ὅσιν ἑαυτοῦ ἀγάγω τὸ βρέφος τὸ ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέν,
καὶ τὴν παρθένον ἄνεν ἀνδρός, καὶ μετὰ τόκον παρθένον * τυγχάνουσιν, πο-
λυπραγμονῶ τὸ ἔργον, καὶ μὴ εὐρίσκων τὸν τρόπον, τῇ πίστει σφραγίζω τὸ
πρᾶγμα. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστι θαυμαστὸν ἀληθῶς καὶ πᾶσαν ὑπερβαῖνον ἔν-
νοιαν, τὸ παρθένον γεννῆσαι, καὶ παρθένον εὐρεθῆναι μετὰ τὸν τόκον; Καὶ
ὅτι ἐγέννησε, τὸ κυηθὲν βρέφος ἤλεγχε· καὶ ὅτι μετὰ τὴν κύησιν παρθένος
ἐτύγχανεν, ἡ οἰκεία αὐτῆς τοῦ σώματος φύσις ἐδίδασκεν. Ἴδε οὖν μυστήριον
ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, κρατούμενον καὶ μὴ κρατούμενον, ψηλαφώμενον καὶ μὴ
εὐρισκόμενον. Τίς γὰρ οὐχ ἑώρα καὶ ἐκράτει καὶ τὸ βρέφος καὶ τὴν μητέρα;
τίς δὲ ὁρῶν τὴν μητέρα παρθένον, καὶ τὸ βρέφος παρθένου τέκνον, τὸ μυστή-
ριον πολυπραγμονῶν ἐξευρίσκει; Ὡ μυστηρίου ἀληθῶς ἐπουρανίου καὶ ἐπι-

PG
61, 763

*764

2044

[...] Age ergo, quia Christus nobis ver caeleste ex Virginis visce-
ribus ortus est, frigidisque et procellosas diaboli nubes dissipavit, ac
dormientia hominum corda ex fumo ignorantiae expergefecit, ad
caelestem et beatam gloriam corda nostra excitemus. Sed linguae
meae cursum reprimit Christi generatio divinitate fulgens, et me ad
seipsam attrahit. Cum enim infantem ex Virgine natum sub conspe-
ctum duco, necnon Virginem sine viri opera praegnantem, et post par-
tum virginem, rem curiosius exploro, et cum modum non inveniam, id
fide obsigno. Quomodo enim mirum non fuerit, neque omnem * men-
tem superaverit, quod virgo genuerit, et virgo post partum inventa
fuerit? Quod genuerit, natus infans probat; quod vero post partum
virgo permanserit, ipsa eius corporis natura docuit. Vide ergo myste-
rium visibile et invisibile, quod capitur et non capitur, quod tangitur
nec invenitur. Quis enim non videbat et non tangebatur et infantem
et matrem? Quis vero videns matrem virginem, et infantem virginis
filium, mysterium curiosius inquirendo invenire potest? O myste-
rium vere caeleste et terrenum, eius qui tenebatur et non tenebatur,

PG
61, 763

*764

¹ Viri docti attribuunt hunc sermonem *Basilio Magno*, *Severiano Gaba-*
len. Ep., vel *Chrysostomo* (cf. *RPhTh*, 544).

γείου, κρατουμένου καὶ μὴ κρατουμένου, ὀρωμένου καὶ μὴ φαινομένου! Τοι-
οὔτος γὰρ ἦν, καὶ ὁ γεννηθεὶς Χριστὸς σήμερον, οὐράνιος καὶ ἐπίγειος, κρα-
τούμενος καὶ μὴ κρατούμενος, ὀρώμενος καὶ ἀόρατος· οὐράνιος κατὰ τὴν
τῆς θεότητος φύσιν, ἐπίγειος κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος σχέσιν, ὀρώμενος
κατὰ τὴν σάρκα, ἀόρατος κατὰ τὸ πνεῦμα, κρατούμενος κατὰ τὴν σάρκα,
ἀκράτητος κατὰ τὸν Λόγον. Ἀλλὰ Χριστὸς μὲν Θεὸς ὢν παντοδύναμος, ὥς
ἐδοῦλετο, τῷ ἰδίῳ κόσμῳ τεχθεὶς ἐπεφάνη· ἐκπλήττει δέ μου πλεῖον τὸν
νοῦν ἢ τῆς Παρθένου ὥδιν, ὅτι Παρθένος οὐκ ἐξ οὐρανοῦ κατελθοῦσα, ἀλλ'
ἐκ σπέρματος Δαυτὶδ ὀρωμένη, οὐκ ἐκ πνεύματος τυγχάνουσα, ἀλλ' ἐκ σώ-
ματος καὶ ψυχῆς συνιστῶσα, ἐν γαστρὶ ἐλάμβανε· καὶ ὁ ὄγκος τῆς γαστρὸς
κατηγόρει τοῦ πράγματος, καὶ ὁ τοῦ ἔνδοθεν βρέφους σπορεὺς οὐκ ἐφαίνετο.
Οὐρανὸν γὰρ κατοικεῖ, καὶ τὸ βρέφος ἐν τῇ παρθενικῇ νηδίῃ μυστικῶς ἐτε-
λεσιουργεῖ. Διὰ τῆς φύσεως ἐτίκτετο, καὶ αἱ ματαὶ ἐψηλάφωσαν καὶ τὴν γεν-
νῶσαν φύσιν καὶ τὸ βρέφος, καὶ τὴν φθοράν, ὥς ἐπ' ἄλλων γυναικῶν, οὐχ
εὗρισκον· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ δι' αὐτῆς προερχόμενος. Ὡς βάτε, * ἦν εἶδε Μωϋσῆς
ἐν τῷ ὄρει καιομένην, καὶ μὴ κατακαιομένην! Παρθένε Μαρία, γεννῶσα καὶ
μὴ φθειρομένη· ὦ λίθε, ὃν εἶδε Δανιὴλ ἀπὸ ὅρου τεμνόμενον ἄνευ χειρὸς
ἀνθρωπίνης! ὦ παρθένου βρέφους παρθένε μητέρα, καὶ τέκνον ἱερὸν μητρὸς
ἀνυμφεύτου! Ποῦ οἱ φιλοπράγμονες; λεγέτωσαν ἡμῖν, πῶς ἡ Παρθένος ἄνευ
ἀνδρὸς ἐγέννησε βρέφος, καὶ γεννήσασα οὐκ ἐφθάρη. Εἰ δὲ ἀνεξερεύντος ὁ

*765

videbatur et non apparebat! Talis enim erat qui hodie natus est
Christus, caelestis et terrenus, qui tenebatur et non tenebatur, vide-
batur et invisibilis erat: caelestis secundum divinitatis naturam,
terrenus secundum humanam formam; qui videbatur secundum
carnem, invisibilis secundum spiritum; qui tenebatur secundum cor-
pus, teneri non poterat ut Verbum. Sed Christus quidem Deus omni-
potens, ut voluit, mundo suo natus apparuit: mentem vero meam
magis obstupescit Virgo praegnans, quia Virgo non de caelo descen-
derat, sed ex semine David conspiciebatur; non ex Spiritu, sed ex
corpore et anima constans, in utero concepit; atque id tumor uteri
arguebat, et nullus infantis intus inclusi sator apparebat. Caelum
enim inhabitat et infantem in virgineo utero mystice operabatur.
Secundum naturam nascebatur, et obstetrices infantem virgineumque
ventrem manu tractabant, et corruptionem, ut in aliis mulieribus,
non reperiebant: Deus enim erat qui per * ipsam prodibat. O rube,
quem vidit Moyses in monte ardentem, et non combustum! Virgo
Maria, gignens et non corrupta! O lapis, quem vidit Daniel ex monte
excisum absque humana manu! O virginis infantis virgo mater, et sacer
filius matris innuptae! Ubi sunt curiosi illi exploratores? Dicant no-
bis, quomodo virgo sine viro genuit infantem, nec gignendo corrupta

*765

τρόπος, ἐπειδὴ ἐκ Πνεύματος ὁ γόνος, πολλῶ μᾶλλον ἀνεξιχνίαστος ἢ ἐκ Πατρὸς τοῦ Λόγου ἄφραστος γέννησις. Ἀλλὰ σὺ μὲν πιστεύεις, ἐπιτηρεῖς δὲ ὅτι γεννήσασα οὐκ ἐφθάρη· ἀλλὰ Θεοῦ κατηγορεῖς λέγων· Εἰ δὲ ὁ ἄφθαρτος Πατὴρ γεννήσας τὸν Υἱὸν αὐτοῦ κατὰ τὴν σὴν ἄνοιαν ἐφθάρη, πολλῶ μᾶλλον ἢ φθαρτῆς φύσεως οὔσα Παρθένος γεννήσασα ἂν ἐφθάρη. Εἰ δὲ σὺ αὐτὸς μαρτυρεῖς τὴν Παρθένον γεννήσασαν μὴ φθαρῆναι, πολλῶ μᾶλλον πίστευε τὸν ἄφθαρτον Πατέρα γεννήσαντα τὸν ἄφθαρτον Υἱὸν μὴ φθαρῆναι. [...]

Ἐὰν τὴν γέννησιν αὐτοῦ καταμάθω, ἐκπλήττομαι, ὅτι πρὶν ἢ τῆς φύσεως τὸ παιδίον ἐξέλθῃ, σημεῖα ἐπιτελεῖ. Ἡ γὰρ οὐκ ἔστι μέγιστον σημεῖον, τὸ παρθένον μετὰ τὸ γεννῆσαι παρθένον μεῖναι, καὶ τὸν οὐρανὸν σιωπῶντα δι' ἀστέρους λαλεῖν; Καὶ τοῖς διψῶσι τὸν τεχθέντα ἰδεῖν, ἀστέρα πέμπει συνέκδημον καὶ δεικνύει τὸ ποθοῦμενον βρέφος.

2045 [...] « Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν ». Ἀλήθεια γὰρ Χριστὸς ὁ λέγων· PG 61, 766
« Ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια ». « Ἐκ τῆς γῆς », τουτέστιν, ἐκ τῆς παρθένου ἀνέτειλε κατὰ σάρκα.

est. Si autem modus investigari nequit, quia ex Spiritu sancto natus est; multo magis investigari nequit ineffabilis Verbi ex Patre generatio. Sed tu quidem credis, observas enim illam gignentem non corruptam fuisse: at Deum incusas dicens: Si incorruptus Pater Filium suum gignens, secundum stultitiam tuam corruptus est, multo magis Virgo corruptibilis naturae, gignens corrupta est. Si vero tu testificaris Virginem gignentem, non corruptam fuisse, multo magis crede incorruptum Patrem incorruptum Filium gignentem, non corruptum fuisse. [...]

Si generationem eius considerem, obstupesco, quia antequam puer ex natura exiret, signa perficiebat. Annon hoc est maximum signum, quod virgo postquam genuit, virgo maneat; quod caelum tacens per stellam loquatur? Iis, qui cupiebant natum videre, stellam mittit una peregrinantem, quae desideratum infantem ostenderet.

2045 [...] Et tunc impletum est id, quod de terra scriptum erat: *Veritas de terra orta est*:¹ veritas enim est Christus qui dicit, *Ego sum via et veritas*.² *De terra*, id est, de Virgine ortus est secundum carnem. PG 61, 766

¹ Ps. LXXXIV, 12.

² Io. XIV, 6.

IN ANNUNTIATIONEM DEIPARAE ET CONTRA ARIUM...¹

PG
62, 765

[...] «Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἀρχάγγελος Γαβριήλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἥ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατρίδος Δαυΐδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί». Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἥδη τοῦ Ζαχαρίου διὰ τὴν ἀπιστίαν τῇ ἀφωνίᾳ κατακριθέντος, ἥδη τῆς Ἑλισάβετ βλαστησάσης τὸν ἀπροσδόκητον κλάδον, ἥδη τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου χρόνον ἐξαμηνιαῖον ἔχοντος ἐν τῷ τῆς κοιλίας δεσμοτηρίῳ, ἥδη τοῦ προδρόμου προευντυπισθέντος ἐν τοῖς τῆς στερήσεως τόποις, ἥδη τοῦ λύχνου λάμποντος ἐν τοῖς σκοτεινοῖς τόποις τῆς γαστροῦ, ἀπεστάλη ὑπὸ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ὁ ἄγγελος Γαβριήλ. Ἀπελθε, φησὶν, εἰς τὴν πόλιν τῆς Γαλιλαίας τὴν Ναζαρέτ, πρὸς τὴν παρθένον Μαριάμ τὴν μεμνηστευμένην τῷ τέκτονι Ἰωσήφ· ἐγὼ γάρ, ὁ τέκτων τῆς ὅλης κτίσεως, τὴν παρθένον ταύτην ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων μεμνήστευμαι. Προμήνυσον αὐτῇ τὴν ἐμὴν πρὸς αὐτὴν ἀτάραχον παρουσίαν, ἵνα μὴ χωρὶς προγνώσεως ὑποδεξαμένη με ἡ παρθένος θορυβηθῇ· προδίδασκον αὐτὴν τὴν ἐμὴν φιλανθρωπίαν, δι' ἣν ἐξ αὐτῆς βούλομαι προελθεῖν εἰς τὸν κόσμον ὡς ἄνθρωπος, ἵνα προμαθοῦσα τὸ οἰκονομούμενον, εἰς τὸ τελούμενον μὴ θαμβηθῇ· προκήρυξον τὴν οἰκονομίαν,

2046

PG
62, 764

[...] *Mense sexto missus est archangelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo et familia David: et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.*² Mense sexto, cum iam Zacharias ob incredulitatem mutus factus esset, cum iam Elisabet inexpectatum ramum germinasset, cum iam Baptista Ioannes sex mensium tempus in uteri carcere haberet, cum iam praecursor appareretur in sterili loco, cum iam lucerna fulgeret in tenebrosis uteri locis; missus est a Sole iustitiae angelus Gabriel. Abiit, inquit, in civitatem Galilaeae Nazaret, ad virginem Mariam desponsatam Ioseph fabro: ego enim faber universae creaturae, hanc virginem ad salutem hominum
* desponsavi. Praenuntia illi meum in illam sine tumultu adventum, ne rei inscia virgo turbetur: prius illam doce clementiam meam, qua ex illa volo ut homo in mundum prodire. Praenuntia illi oeconomiam, ne conspecto repentino ventris tumore perturbetur. Iam cursum perfice: illic enim me reperies, quo te nunc mitto, teque praeveniam hic

2046

¹ Viri litterati attribuunt Homiliam hanc Gregorio Nysseno vel Amphilochio Iconiensi (cf. RPhTh, 544).

² Lc. I, 26-28.

ἵνα μὴ θεασαμένη τῆς γαστρὸς αὐτῆς τὸν ὄγκον ἐξαίφνης ὑψούμενον τα-
ραχθῇ. Ἦδη τῷ δρόμῳ τὴν πορείαν ἐξάνυσον· ἐκεῖ γάρ με εὐρήσεις ὅπου
πέμπω σε νῦν· ἐκεῖ σε προφθάνω μένων ἐνταῦθα. Ἐγὼ καὶ πρὸ σοῦ καὶ μετὰ
σὲ εἰσέρχομαι πρὸς αὐτήν· σὺ κόμισον τὰ τῆς ἐμῆς ἀφίξεως εὐαγγέλια, καὶ γὰρ
παραγενόμενος ἀοράτως, τοῖς ἔργοις τὴν σὴν σφραγίσω φωνήν. Θέλω γάρ
ἐν τῇ παρθενικῇ νηδύϊ τῶν ἀνθρώπων ἀνανεῶσαι τὸ γένος· θέλω συγκατα-
δατικῶς ἀναχωνεῦσαι, ἣν ἔπλασα εἰκόνα· θέλω καινῇ πλάσει θεραπεῦσαι τὴν
ἀρχαίαν διάπλασιν. Ἐκ παρθένου γῆς ἔπλασα τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον·
ἐκεῖνον δὲ λαβὼν ὁ διάβολος ὡς ἐχθρὸν περιέσυρε καὶ κατέβαλε, καὶ τῆς
ἐμῆς εἰκόνης πεσούσης κατέπαιξε. Βούλομαι νῦν ἐγὼ ἐκ τῆς παρθένου γῆς
ἐμαυτῷ περιπῆξαι νέον Ἀδάμ, ἵνα καὶ ἡ φύσις ὑπὲρ ἑαυτῆς εὐπροσώπως
ἀπολογήσῃται, καὶ νομίμως στεφανωθῇ κατὰ τοῦ καταβάλλοντος αὐτήν, καὶ
ὁ πολέμιος εὐλόγως καταισχυνηθῇ. Ὡς συγκαταβάσεως ἀμέτρητον πέλαγος!
ὦ θεῖας φιλανθρωπίας ἀπειρον ὕψος· οὐκ ἀπέστειλε πολλοὺς ἀγγέλους, ἢ
προδρόμους πολλοὺς ὁ βασιλεὺς· οὐκ ἐκίνησεν ὁ δημιουργὸς τὰ στρατόπεδα
τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, ἀλλ' ἓνα μόνον ἄγγελον, προάγγελον γενέσθαι τῆς
αὐτοῦ παρουσίας ἐκέλευσεν, ἵνα διὰ τῆς τοῦ ἐνὸς διδασκαλίας προασφαλί-
σῃται τὴν μέλλουσαν αὐτὸν ὑποδέχεσθαι μητέρα. Παρεγένετο τοίνυν πρὸς
τὴν παρθένον Μαριάμ ὁ ἄγγελος, καὶ εἰσελθὼν πρὸς αὐτήν εἶπε· «Χαῖρε, κε-
χαριτωμένη». Προσηγόρευσε τὴν σύνδουλον ὡς δέσποιναν, ὡς ἤδη γεγενη-
μένην τοῦ Δεσπότης μητέρα. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Ἡ σὴ πρόγονος Εὐὰ
παραβῆσα τὸν νόμον, ἀπόφασιν ἔλαβεν ἐν λύπαις τέξειν τέκνα· σοὶ δὲ πρέπει

manens. Ego et ante te et post te ingredior ad illam; tu nuntius esto
profectionis meae, et ego invisibiliter adveniens, vocem tuam operibus
obsignabo. Volo enim in virgineo utero hominum genus renovare:
volo attemperando me, iterum conflare imaginem, quam formavi:
volo nova formatione veterem formationem reparare. Ex terra virgine
veterem hominem formavi: quem arreptum diabolus ut inimicum
detraxit et deiecit, ac meae delapsae imagini illusit. Volo nunc ego
ex virgine terra mihi effingere novum Adamum, ut et natura pro se
congruentem defensionem paret, et iure coronetur ab eo qui deiecit
eam, inimicusque ignominia afficiatur. O indulgentiae immensum
pelagus! O divinae benignitatis altitudo infinita! Non misit rex multos
nuntios aut praecursores: non movit creator exercitus incorporearum
virtutum, sed unum tantum angelum sui adventus praeunantium
esse iussit, ut per unius significationem matrem se suscepturam cer-
tiores faceret. Advenit igitur ad virginem Mariam angelus, et ingres-
sus ad eam dixit, *Ave, gratia plena*. Conservam vocavit ut dominam,
et ut eam quae iam esset mater Domini. *Ave, gratia plena*. Prisca illa
mater tua Eva legem transgressa, sententiam accepit ut in dolore

*766

τοῦ χαίρειν ἢ πρόσρησις· ἐκείνη τὸν Κάϊν ἔτεκε, φθόνον καὶ φόνον γεννήσασα· σὺ δὲ γεννήσεις * υἱὸν ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν παρέχοντα πᾶσι. Χαῖρε τοίνυν καὶ χόρευε· χαῖρε καὶ καταπάτει τὴν τοῦ ὄφεως κεφαλὴν· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Πέπαυται γὰρ ἡ κατάρρα, κατήργηται ἡ φθορά, μεμάρανται τὰ στυγνά, ἀνθεῖ τὰ φαιδρά, πάρεστι τὸ πάλαι παρὰ τῶν προφητῶν κηρυττόμενον ἀγαθόν. Σὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπεδείκνυε λέγον διὰ τῆς Ἑσαΐου γλώττης· «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν». Ἡ παρθένος ἐκείνη σὺ εἶ. Χαῖρε τοίνυν κεχαριτωμένη· ἤρεσας τῷ Δημιουργῷ, ἤρεσας τῷ Ποιητῇ, ἤρεσας τῷ Κτίστῃ, ἤρεσας τῷ τερπομένῳ τοῖς κάλλεσι τῶν ψυχῶν· εὖρες νυμφίον φυλάττοντά σου τὴν παρθενίαν, οὐ φθείροντα· εὖρες νυμφίον ἐκ πολλῆς φιλανθρωπίας υἱόν σου γενέσθαι βουλόμενον. «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», καὶ ἐν σοὶ ὁ πανταχοῦ, καὶ μετὰ σοῦ καὶ ἐκ σοῦ· ἐν οὐρανῷ ὁ Δεσπότης, ἐν βυθῷ ὁ Ὑψιστος, ἐν πάσῃ τῇ κτίσει ὁ Δημιουργός· ὁ Κτίστης ἐπὶ τῶν Χερουδīm, ὁ ἡνίοχος ἐπὶ τῶν Σεραφīm, ὁ Υἱὸς ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός, ὁ Μονογενὴς ἐν τοῖς κόλποις τοῖς σοῖς, ὁ Κύριος, ὡς οἶδεν αὐτός, ὅλος πανταχοῦ, ὅλος ἐν σοὶ. «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν», ὅτι πασῶν ὁμοῦ τῶν παρθένων νῦν προκέκρισαι· ὅτι κατηξιώθης ξενοδοχῆσαι τοιοῦτον Δεσπότην· ὅτι τὸν ἀχώρητον βουληθέντα κεχώρηκας· ὅτι τὸν πάντα πληροῦντα προσδέδουσαι· ὅτι τῆς θείας οἰκονομίας γέγονας ἐργαστήριον καθαρώτατον· ὅτι τῆς

pareret filios: tibi vero competit illud, *Ave*. Illa Cainum peperit, et hac prole invidiam et caedem: tu vero paries filium vitam et incorruptionem afferentem. Ave nunc et choreas age: ave et calca serpentis caput: *Ave, gratia plena*. Cessat maledictio, aufertur corruptio, tristitia emarcuerunt, laeta florent, adest bonum a prophetis olim praedicatum. Te Spiritus sanctus subindicavit dicens per Isaiae linguam: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium*.¹ Tu es illa virgo. Ave igitur gratia plena: placuisti Conditori, placuisti Opifici, placuisti Creatori, placuisti ei qui de pulchritudine animarum delectatur: invenisti sponsum, qui tuam servet virginitatem, non corrumpat: invenisti sponsum, qui ex multa benignitate filius tuus vult fieri. *Dominus tecum*: et in te ubique, et tecum et ex te: in caelo ut Dominus, in profundo Altissimus, in omni creatura Creator: Creator supra Cherubim, auriga supra Seraphim, Filius in sinu Patris, Unigenitus in sinu tuo: Dominus, ut ipse novit, totus ubique, totus in te. *Benedicta tu in mulieribus*; quia omnibus nunc virginibus praeponeris; quia digna fuisti quae talem hospitio acciperes dominum; quia illum qui comprehendi nequit volentem comprehendisti; quia eum qui omnia implet complecteris; quia divinae oeconomiae officina purissima facta es; quia

¹ Isa. VII, 14.

εἰς τὸν βίον εἰσόδου τοῦ βασιλέως ἡμῶν πέφηνας ἄξιον ὄχημα· ὅτι τοῦ πνευματικοῦ μαργαρίτου θησαυρὸς ἀναδέδειξαι. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί ». Τούτων ἀκούσασα τῶν λόγων ἡ παναγία παρθένος, καὶ θεασαμένη μορφήν ἀγγελικὴν καὶ φωνήν, ἐλογίσατο καθ' ἑαυτὴν [λέγουσα]· Ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; ἄρα τί βούλεται τοῦτο τὸ πρόσφθεγμα; ἄρα τί μοι προσημαίνει ταῦτα τὰ ῥήματα; Ἐμὲ ἐν πρώτοις προσηγόρευσεν ἄγγελος, τίνα οὖσαν, ἢ ποίας ἀξίας τυγχάνουσας; ἐγὼ κεχαριτωμένη; πόθεν, ἢ διὰ τί; ὁ Κύριος μετ' ἐμοῦ; μετὰ τίνος γὰρ τῶν φοβουμένων αὐτὸν οὐκ ἔστιν ὁ Κύριος; ἐγὼ εὐλογημένη ἐν γυναιξίν; ἄρα τίνος χάριν, ἢ διὰ τί, καὶ πῶς; ἄρα ποῖον προκηρύττει δῶρον οὗτος ὁ λόγος; ἄρα ποῖον προμηνύει θαῦμα τοῦτο τὸ ῥῆμα; Οὕτω δὲ ταραττομένην αὐτὴν ὁ ἄγγελος θεασάμενος λέγει πρὸς αὐτήν· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ »· μὴ γάρ, ἵνα θορυβηθῇς, ἡσπασάμην σε· ἵνα πανηγυρίσης, προσηγῶς σοι διαλέγομαι. Μὴ τοίνυν ἔχε κατὰ τὴν ψυχὴν τάραχον, τὴν εἰρήνην τῆς οἰκουμένης κεκτημένη μεθ' ἑαυτῆς. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐκαλλωπίσθης, ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς ἐφαιδρύνθης, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἐλαμψας, ὑπὲρ τοὺς ἀγγέλους ὑψώθης· οὐκ ἀνελήφθης εἰς οὐρανοὺς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱσταμένη, τὸν οὐράνιον Δεσπότην καὶ βασιλέα τῶν ἀπάντων ἐπεσπάσω πρὸς ἑαυτήν. « Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί ». Προέφθασε τὸν ἐμὸν λόγον τὸ ἔργον· ὁξυτέρα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἡ μυστικὴ σύλληψις γέγονεν· αὐτὸν ἔνδον ἔχεις ἐν τῇ κοιλίᾳ σου τὸν τῶν ὅλων δημιουργ-

ad ingressum Regis in vitam dignus fuisti currus, quia spiritualis margaritae thesaurus ostensa es. *Benedicta tu in mulieribus*. His auditis verbis sanctissima Virgo, videns angelicam formam et vocem, secum reputabat qualis esset ista salutatio. Quid sibi vult haec alloquutio? Quid mihi significant haec verba? Me primam salutatur angelus, quam et cuius dignitatis virginem? ego gratia plena? unde aut quare? Dominus mecum? et cum quonam ex timentibus eum non est Dominus? ego benedicta in mulieribus? quare, qua de causa? quomodo? quod donum praenuntiat hoc verbum, quod praesignificat miraculum? Sic turbatam videns angelus dicit ei: *Ne timeas, Maria*; non enim ut turberis te salutavi; ut festum celebres te suaviter alloquor: ne itaque animo turberis, quae pacem orbis tecum habes. *Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Dominum*.¹ Supra omnem creaturam ornata es, supra caelos decorata, plus quam sol fulges, supra angelos exaltata es; non assumpta es in caelos, sed in terra manens caelestem Dominum et Regem * omnium ad te attraxisti. *Et ecce concipies in utero*. Verbum meum res ipsa praeoccupavit: voce mea promptior fuit mystica conceptio: in utero habes universorum

¹ Lc. I, 30.

γὸν Κύριον, ἐκ τῆς ἀγίας σου καὶ ἀχράντου σαρκὸς ἀπόνως οἰκοδομοῦντα τῆς ἀγίας αὐτοῦ σαρκὸς τὸν ναόν· αὐτὸν ἔνδον ἔχεις τὸν ζωγράφον τῆς φύσεως, τὴν οἰκίαν εἰκόνα παλαιωθεῖσαν ἀναζωγραφοῦντα τῇ χάριτι. «Ἴδου συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας». Μέγας μὲν γάρ ἐστι τῇ θεότητι, ἔσται δὲ μέγας καὶ τῇ ἀνθρωπότητι. «Καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ὡμοσε γὰρ ἀλήθειαν τῷ Δαυὶδ, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν». Ποίαν δὲ αὐτῷ ἀλήθειαν ὥμοσεν; «Ἐκ καρποῦ τῆς ὁσφύος σου, φησί, θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου». Ἐκεῖνος ὁ ὄρκος λαμβάνει πέρας ἐν τῷ παρόντι καιρῷ. «Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος». Οὐδεὶς τούτου τοῦ βασιλέως ἀνώτερος, καὶ οὐδεμία τις ἄλλη μακαριώτερα σοῦ τῆς τικτοῦσης αὐτόν. «Εἶπε δὲ Μαριάμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Ἰωσήφ μνηστὴρ ἐστὶν ἐμός, οὐκ ἀνὴρ· μέχρι γὰρ τῶν ἀρράδωνων αἱ περὶ τοῦ γάμου συνθῆκαι προέβησαν· πῶς οὖν χωρὶς γάμου ἔσται μοι ἡ σύλληψις; πῶς χωρὶς φυτουργοῦ βλαστήσω καρπόν; ἐπ' ἐμοῦ πρώτης ὁ δρόμος τῆς φύσεως ἐναλλάττεται; ἐπ' ἐμοῦ πρώτης ὁ νόμος τῆς κυήσεως μεταγράφεται; ἐπ' ἐμοῦ μόνης ξένη τρίτος παιδοποιίας εὐρίσκεται; ἐπ' ἐμοῦ μόνης τὰ ἀρχαῖα τῆς γονῆς ἔθῃ νεωτερίζεται; Δίδαξόν με φανερῶς, ὦ ἄγγελε, * τῶν λόγων τὸ αἰνίγμα, διηγήσαί μοι τῶν ῥημάτων τὸν τρόπον, ἐρ-

*767

Creatorem Dominum, qui ex sacra et immaculata carne tua sine labore sanctae carnis suae templum aedificat: intus habes pictorem naturae, qui imaginem suam vetustam per gratiam renovat. *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus.* Magnus enim est divinitate, erit etiam magnus humanitate. *Et Filius Altissimi vocabitur: et dabit illi Dominus Deus thronum David patris eius. Iuravit enim Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. Quam ipsi veritatem iuravit? De fructu lumborum tuorum ponam super sedem tuam. Hoc iuramentum hodie finem accipit. Et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.* Nullus hoc Rege superior, et nulla beatior te quae paris ipsum. *Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco?* Ioseph desponsatus mihi est, non vir meus: nam usque ad pignora nuptiarum pacta processerunt: quomodo sine nuptiis erit mihi conceptio? quomodo sine plantante fructum proferam? an in me prima lex naturae mutatur? an in me prima lex parturitionis variat? an in me sola nova procreandi filios ratio invenitur? an in me sola vetus generandi mos innovatur? Doce me clare, o angele, dicti aenigma: narra mihi verborum modum, interpretare annuntiationis vim, deduc

μήνευσόν μοι τῶν καλῶν σου εὐαγγελίων τὴν δύναμιν, χειραγώγησόν με πρὸς τὴν ξένην λοχείαν, ἵνα μάθω κατὰ μικρὸν ὃ μέλλω τίκτειν μυστήριον, μάθω πῶς τὰ ἀδύνατα γενήσεται δυνατά, μάθω πῶς τὰ ἀμήχανα τυγχάνει τινὸς μηχανῆς, μάθω πῶς τὰ ἄπορα πόνον εὑρεῖν δεδύνηται, ἀκούσω πῶς τὴν φύσιν ἢ χάρις ἐπὶ τὸ κρεῖττον καινοτομεῖ, ἢ πῶς ἡ φύσις δουλεύει τῇ χάριτι. «Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ». Ἐμαθες τὸν τεχνίτην, μὴ περιεργάσῃ τὸν τρόπον· ἔμαθες τὸν πλάστην, μὴ περιεργάσῃ τὸ ποίημα· ἤκουσας περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὐτῷ λοιπὸν τῷ Πνεύματι τὴν ἐργασίαν κατάλιπε. «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, κα δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι». Τοῦτο μόνον ἐκελεύσθη σοι προσεπειν, ὅτι γεννήσεις υἱόν· πῶς δὲ γεννήσεις, αὐτὸς σε διδάξει σαφῶς ὁ τικτόμενος παρὰ σοῦ. Ἐγὼ τὸν λόγον ὡς δοῦλος ἐκόμισα· αὐτὸς ὁ Δεσπότης τὸ ἔργον προσθήσει, ὃς καὶ τὸν τρόπον ἐπίσταται· ἐγὼ διάκονός εἰμι βασιλικῶν προσταγμάτων, οὐχ ἐρμηνευτὴς θεϊκῶν βουλευμάτων· οὐ τολμῶ διδάξαι σε ἢ μὴ μεμάθηκα, οὐ τολμῶ ἐρμηνεῦσαι ἢ μὴ παρέλαθον, οὐ τολμῶ δημοσιεῦσαι τοῦ μυστηρίου τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἰσχύω διασαφηνίσαι τὸ εὐαγγέλιον. Τὸ θαῦμα βοῶ, τὸν δὲ τρόπον εἰπεῖν ἀτονῶ· οὐ ζητῶ τὰ πᾶσαν ζήτησιν ὑπερβαίνοντα, οὐ διώκω τὰ ἀκατάληπτα, οὐ πολυπραγμονῶ τὰ ὑπὲρ ἑμέ, οὐ λογοθετῶ τὴν ὑπὲρ λόγον χάριν, οὐ λεπτολογῶ τὴν ἀνεκδιήγητον

me ad stupendum illum partum, ut paulatim discam mysterium quod paritura sum: discam quomodo impossibilia fiant possibilia: discam quomodo quae fieri nequeunt fiant, qua via ea, quae nullam habent viam, attingi possint: audiam quomodo naturam gratia in melius vertat, aut quomodo natura gratiae serviat. *Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te.* Didicisti artificem, ne curiose inquiras modum: didicisti formatorem, ne opus curiose inquiras: audisti de Spiritu sancto, ipsi iam Spiritui opus perficiendum relinque. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Hoc tantum tibi dicere iussus sum, te genituram esse filium; quomodo genitura sis ipse natus te clare docebit. Ego sermonem ut servus attuli: ipse Dominus opus adiciet, qui et modum novit: ego minister sum regiorum mandatorum, non interpret divinatorum consiliorum: non audeo te docere illa quae non didici, non audeo interpretari quae non accepi, non audeo publicare mysterium, non possum explicare rem annuntiatam. Miraculum exclamo, et modum dicere non valeo: non quaero ea quae omnem perquisitionem superant, incomprehensibilia non persequor, non curiose inquirō ea quae me exsuperant, non rationi subdo gratiam quae est supra rationem, non minutatim recenseo inenarrabilem generationem. Vere mentem su-

γέννησιν. Ὡντως ὑπὲρ νοῦν ἡ πνευματικὴ σύλληψις, ὑπὲρ λόγον ἡ παράδοξος κήσις καὶ ὑπὲρ διήγησιν ὁ σωτήριος τόκος. «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ». Οἶδε τί ἐργάζεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οἶδεν ὁ Υἱός, πῶς ἐαυτῷ κατασκευάζει τὸ πνευματικὸν οἰκητήριον. Οὐ γὰρ δουλεύει φύσεως νόμοις ὁ τῆς φύσεως ποιητής· αὐτὸς μόνος ἔχει τὸ βούλευμα· αὐτός, ὡς βούλεται, περιβάλλεται τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Οἶδεν ὁ Πατήρ τὴν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ ἐνανθρώπησιν· ὅπου γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖ καὶ ὁ Υἱός, καὶ ὅπου ὁ Υἱός ἐκεῖ καὶ ὁ Πατήρ. Ἀχώριστος ἡ Τριάς, ἀδιαίρετος ἡ Τριάς. Ὡς γὰρ ἐν ἀρχῇ πλάττων τὸν ἄνθρωπον ὁ Πατήρ, πρὸς τὴν ἐργασίαν προετρέψατο τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, εἰπών· «Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν»· οὕτω καὶ νῦν τῆς ἀναπλάσεως γενομένης, πάρεστι πάλιν ἀπορρήτως ἡ ἁγία Τριάς. Ἦς γὰρ ἡ πλάσις μία, ταύτης καὶ ἡ ἀνάπλασις πάλιν κοινή. «Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ». Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ἅγιον γέννημα, τοῦτο ἄσπορον βλάστημα, τοῦτο πανάγιον κύημα. Οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν θεότητα, οὗτος καὶ ὁ Υἱὸς σὸς διὰ τὴν ἀνθρωπότητα· οὗτος ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ κατὰ τὸ νοούμενον, οὗτος ὁμοούσιός σοι κατὰ τὸ φαινόμενον· οὗτος ὁ οὐράνιος καὶ ἐπίγειος· οὗτος ὁ ἀόρατος καὶ βλεπόμενος· οὗτος ὁ ἀπαθὴς τῇ θεότητι, οὗτος καὶ παθητὸς τῇ ἀνθρωπότητι· καὶ ὥσπερ Θεὸς τέλειος, οὕτω καὶ ἄνθρωπος τέλειός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς. Ὡσπερ

perat spiritualis conceptio, supra rationem est stupenda parturitio et salutaris partus. *Spiritus sanctus superveniet in te*. Novit quid operetur Spiritus sanctus, novit Filius quomodo sibi paret spirituale domicilium. Non enim legibus naturae servit naturae Conditor: ipse solus consilium habet, ipse ut vult servi formam induit. Novit Pater unigeniti Filii incarnationem. Ubi enim est Spiritus sanctus, ibi est et Filius; et ubi Filius, ibi et Pater: inseparabilis est Trinitas, indivisa Trinitas. Ut enim initio Pater hominem formans ad opus provocavit Filium et Spiritum, dicens: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*:¹ ita et nunc cum reformatio efficitur, adest rursus arcano modo sancta Trinitas. Cuius enim formatio una est, huius quoque reformatio communis est. *Ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei*. Hoc enim vere sacra proles est, hoc germen sine semine, hoc sanctissimus partus. Hic est Filius Dei propter divinitatem, hic filius quoque tuus propter humanitatem: hic consubstantialis Patri, ut intelligitur: hic consubstantialis tibi, ut apparet: hic caelestis et terrenus; * hic invisibilis, et videtur: hic impassibilis deitate, passibilis humanitate: ac sicut Deus perfectus, ita homo perfectus est Iesus. Ut autem homo factus mansit Deus

*767

¹ Gen. I, 26.

δὲ ἄνθρωπος γενόμενος μεμένηκε Θεὸς ἀναλλοίωτος, οὕτω καὶ σὺ μένουσα παρθένος, γενήσῃ καὶ μήτηρ ἀδιάφθορος· οὔτε γὰρ ἡ παρθενία πολεμήσει τῷ τόκῳ, οὔτε κατὰ τῆς παρθενίας ὁ τόκος στρατεύεται. Ὑμνεῖ τοίνυν τὸ γενόμενον, καὶ μὴ πολυπραγμόνει τὴν δωρεάν· θαύμαζε τὸ μεγαλόδωρον, καὶ μὴ πρὸς τὴν χάριν ἀμφίβαλλε· προσκύνει τὸ πιστευθέν σοι μυστήριον, καὶ μὴ περιεργάζου τὸ ξένον τοῦ θαύματος. Ἐὰν πιστεύσῃς εἰλικρινῶς, αὐτὸς ὁ πιστευόμενος φωτίσει σου τὴν ψυχὴν· ἐὰν δὲ περιέργως ἐρευνήσῃς, οὐχ εὐρήσεις ὁ ποθεῖς οὐδαμῶς. Θέλεις μαθεῖν; μάθε ἀπὸ φανεροῦ σημείου τοῦ κατὰ σὲ θαύματος τὴν ἀλήθειαν. Θέλεις τοῦ μυστηρίου τῆς σῆς γεννήσεως τὴν εἰκόνα θεάσασθαι; γείτονά σου καὶ συγγενὴ τὴν Ἐλισάβετ θέασαι. «Ἴδου γάρ, φησὶν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενὴς σου, καὶ αὐτὴ συνειληφύα υἱὸν ἐν τῷ γήρα αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἔκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ· ὅτι οὐκ ἀδυνατήσῃ παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα». Ἐλύθη παρ' ἐλπίδα τῆς Ἐλισάβετ ἡ στείρωσις, ἵνα τῆς σῆς παρθενίας τῆς μὴ λυομένης ἡ λύσις τοῦ πάθους διδάσκαλος γένηται. Συνέλαθεν ἡ στείρα καὶ γραῦς τοῦ παρὰ σοῦ τεχνησομένου βασιλέως τὸν πρόδρομον, ἵνα πιστεύσῃς ὅτι σὺ τὸν Κύριον ἔχεις ἐπὶ τῆς σῆς γαστρὸς. Ἀπελθε, κατάμαθε τὴν Ἐλισάβετ· καὶ ἐὰν μὴ οὕτως αὐτὴν εὐρήσῃς, ὥς εἶπον, μὴ πιστεύσῃς μου τῷ κηρύγματι. Τί οὖν μετὰ τοὺς λόγους τούτους ἡ * ἀγία Μαρία, ἡ παρθένος τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ, ἡ εὐσεβὴς καὶ εὐλαβὴς καὶ εὐπειθὴς, ἡ φιλοτιμία τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἡ πύλη τῆς

*768

immutabilis: sic et tu manens virgo, eris mater incorrupta; neque enim virginitas partui repugnabit, neque partus virginitati. Hymnis ergo rem celebra, et ne donum curiose inquire: mirare magnum munus et ne de gratia dubites: adora creditum tibi mysterium, et ne curiose disquire stupendum miraculum. Si sincere credas, ille, cui credis, illuminabit animam tuam; sin curiose scruteris, numquam invenies quod cupis. Vis discere? Disce ex manifesto miraculo miraculi in te facti veritatem. Vis partus tui imaginem contemplari? Vicinam et cognatam tuam Elisabet contemplare: nam ait: *Ecce Elisabet cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quae vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*¹ Praeter spem soluta est Elisabetae sterilitas, ut haec solutio non solutam esse virginitatem tuam te doceat. Concepit sterilis et vetula regis, qui ex te nasciturus est, praecursorem, ut credas te Dominum in utero habere. Abi, Elisabetam vide; et nisi illam, ut dixi, inveneris, ne credas meae annuntiationi. Quid ergo post hos sermones sancta Maria, virgo corpore et anima, pia et obsequens, honor humanae naturae, porta vitae nostrae, quae nobis salutem

¹ Lc. I, 36-37.

ἡμετέρας ζωῆς, ἡ πρόξενος τῆς σωτηρίας ἡμῶν; Τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν εὐμενῶς δεξαμένη, λέγει πρὸς αὐτόν· « Ἴδού ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Ὡς δούλη τῷ δεσποτικῷ πρόκειμαι νεύματι· ὡς πηλὸς ὑπόκειμαι ταῖς τοῦ κεραμέως χερσίν· ὡς θέλει μετ' ἐξουσίας ὁ πλάστης, ἐν ἐμοὶ πραττέτω τὸ βούλημα· ὡς θέλει μετὰ φιλανθρωπίας, ἐν ἐμοὶ θαυματουργεῖτω τὴν παράδοξον κύησιν. Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· γένοιτό μοι τὰ ῥήματά σου ταῦτα, καὶ πράγματα ἐναργέστατα καὶ ἀληθινά. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ὁ κατελθὼν οὐρανόθεν, κατήχησε, προκατήρτισε τὴν παρθένον, ἐδίδασκεν αὐτήν, ὅσον ἐχώρησεν· ἤκουσε καὶ αὐτὸς παρ' αὐτῆς, ἅπερ ἐσπούδαξε μαθεῖν· καὶ πάλιν ἀνῆλθεν ὅθεν κατήλθε, κάτω καταλιπὼν τὸν ἀποστείλαντα, καὶ πάλιν ἄνω εὐρών αὐτὸν ἐν οὐρανοῖς προσκυνούμενον ὑπὸ πάσης ἀγγελικῆς στρατολογίας. Τί οὖν πρὸς ταῦτα λέγεις, ὦ Ἀρειε; εἰπέ μοι, ὦ ἄθλιε, πῶς ἐχωρήθη ὁ ἀχώρητος ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ, πῶς παρθένος οὔσα συνέλαβε, καὶ παρθένος πάλιν διεφυλάχθη, καὶ τοῦ Σωτῆρος τὸν τόκον ἐπλούτησε, καὶ αὐτὴ συνεπλουτίσθη τῇ χάριτι. Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν. Εἰ γὰρ ἡ μήτηρ τοῦ μυστηρίου τὸ μυστήριον, ὃ ἔτεκεν, οὐ κατέλαβε, πῶς σὺ δυνήσῃ τοῦτο καταλαβεῖν; εἰ Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος ἐρωτηθεὶς παρὰ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω », πλεῖον εἰπεῖν οὐκ ἐδυνήθη, ἀλλὰ κατέφυγεν ἐπὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς οὐδὲν ἕτερον δυνάμενος ἀποφῆνασθαι ἰσχυρότερον, σὺ πῶς εὐρήσεις εἰπεῖν, ὅπερ ὁ

conciliavit? Angeli vocem placide excipiens, dixit ei: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*¹ Ut ancilla Dominico nutui subiicior; ut lutum figuli manibus subacta sum; ut vult figulus in me cum potestate operetur; ut vult cum benignitate in me operetur miraculosum partum: fiat mihi secundum verbum tuum, perficiantur in me dicta tua, et opera sint clarissima et vera. Et discessit ab ea angelus, qui descenderat de caelo, instituit et praeparavit Virginem; docuit eam quantum doceri potuit: audivit et ille ab ipsa quae discere cupiebat; et eo reversus est, unde venerat, infra relinquens eum qui se miserat; et rursus invenit eum in caelis adoratum ab omni angelorum exercitu. Quid ergo ad haec dicis, o Ari? Dic mihi, miser: Quomodo is qui comprehendi nequit, comprehensus est in utero virginali? Quomodo virgo concepit, et rursus virgo mansit? Atque divitias peperit, nempe Salvatorem, ipsa quoque per gratiam dives facta? Sed dicere non vales. Si enim mysterii mater mysterium quod peperit non intellexit, quomodo tu poteris intelligere? Si Gabriel archangelus, interrogatus a matre Domini, *Quomodo fiet mihi istud, quia virum non cognosco*, nihil amplius dicere potuit, sed ad Spiritum sanctum confugit, utpote qui nihil aliud maius posset proferre, quomodo tu

¹ Lc. I, 38.

Γαβριήλ οὐκ ἴσχυσεν ἐρμηνεύσαι; εἰ δὲ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, τὴν γενομένην ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, οὐδεὶς κατ' ἀξίαν δύναται διηγῆσασθαι, ἐκείνην τὴν γέννησιν, τὴν οὐράνιον, τὴν ἄχρονον, τὴν ἀσώματον, τὴν ἀόρατον, τὴν ἀπαθῆ, τὴν παντελῶς ἀνέκφραστον καὶ ἀκατάληπτον, πῶς τολμᾷς πολυπραγμονεῖν; τίς παρέσχε σοι τῆς τοιαύτης τόλμης τὰ σπέρματα;

dicere possis id, quod Gabriel non * potuit interpretari? Quod si generationem Christi secundum carnem, in novissimis temporibus factam, nemo potest digne enarrare: quomodo tu illam generationem caelestem, ante tempora, incorpoream, invisibilem, impassibilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, audes curiose inquirere? Quis tibi tanti ausus semina indidit? *768

IN SANCTAM DEI GENITRICEM ET SEMPER VIRGINEM MARIAM¹

2047 I. Quod ab hominibus nec inspicere nec enarrari potest, Verbum, AS
4, 406
quod absconditum est a saeculo generationibus ab ipso existentibus, quod solum est immortale, possidens scientiam vitae, ignota ad lucem proferens, secreta revelans, in terram delapsum vidimus ut partus maledictiones in benedictionem transmutaret, mortem occideret, creaturasque illuminaret. A Maria initium coepit incarnationis mysterium, atque qui infinita adoratione dignus erat vocatus est homo Dei.

2048 II. O inscrutabile prodigium! O mysterium divinum solum inexplicabile! Dei Verbum, Dei actus, Dominus coeli et terrae, consubstantiale et cooperans Patris in creatione, Filius aeternus in terrenum descendit uterum, in quo, plasmato corpore modo inintelligibili, factus est perfectus homo, natus est de muliere, remanens quod erat, Filius Dei sicut est Deus in saecula. In tempore, sibi, absque peccato dolores corporis, famem, sitim, lassitudinem, dolores, humana omnia assumpsit, etiam mortem, et nihilominus semper vivit et perdurat cum Patre, suae divinitatis fruens honore. Nihil humiliando se, vel hominis more subiiciendo se morti, imminutus est, quin imo exaltatus est, quoniam exinde sub pedibus illius positi sunt inimici eius:² *Atque, in nomine Iesu, omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quod Dominus est Iesus Christus in gloria Dei Patris.*³ AS
4, 406

III. Hodie absconditum a saeculo mysterium evasit manifestum. Dedecori * mortique finis impositus est, orbis autem (vivere) coepit. *407

¹ Exstat in *Analecta Sacra*; non est *S. Gregorii Thaumaturgi* (cf. RPhTh. 551).

² Ps. CIX, 1.

³ Philipp. II, 10, 11.